ligere s potius ad eius remocoz caritatis desiderio anhe
lare

r Qst pdca de ordie caritatis z c. h q po
ut i caritate sit aliqs ordo z ut q no
Caritas qda uirtus e s i alijs uirtutibz no as
signat aliqs ordo g nc i caritate Pc caritas e
i mete ordiare at no e uolutatis g z c. q can
.i. ordiauit i me caritatem Iux h q ut mag
sit diligit ds q pximus Ct ut ho ex caritate

plus debeat

69

13

plus debeat diligere deum quam se. Item utrum ex caritate
plus debeat diligere se ipsum quam proximum. Item utrum
magis corpus proprium quam proximum. Item utrum ille qui nobis est
coniunctus secundum carnalem originem sit magis diligendus. Respon-
deo dicendum ad 1 questionem quod secundum philosophum in methaphisica prius et posterius dicitur
secundum relationem vel ordinem ad aliquod principium. Ordo autem includit
in se aliquem modum prioris et posterioris. Unde oportet quod ubi est
aliquod principium sit et aliquis ordo. Cum igitur dilectio caritatis ten-
dat in deum sicut in principium beatitudinis in cuius communicatione fundatur
amicitia caritatis, oportet quod in hiis que ex caritate diliguntur at-
tendatur aliquis ordo secundum relationem ad primum principium huius dilectionis
quod est deus. Ad primum ergo dicendum quod caritas tendit in ultimum
finem sub ratione finis ultimi, quod non convenit virtutibus. Finis
autem habet rationem principii in agibilibus et ideo caritas maxime
importat comparationem ad primum principium et ideo convenit ordinem. Ad
2 dicendum quod ordo pertinet ad rationem sicut ordinantem, sed ad
vim appetitivam sicut ad ordinatam. Et hoc modo ordo
ponitur in caritate. Ad 2 questionem dicendum quod in quo magis
principaliter amicitia respicit est id in quo principaliter invenitur bonum
super cuius communicationem fundatur amicitia. Sicut amicitia poli-
tica sic principaliter respicit principem civitatis a quo bonum totius civitatis
dependet. Cum igitur amicitia caritatis fundetur super communicationem
beatitudinis que essentialiter est in deo sicut in principio et maxime deus ex cari-
tate est diligendus. Sicut beatitudinis causa prima aut sicut nobis
eandem beatitudinem communicans. Ad 3 questionem dicendum quod duplex
bonum a deo recipere possimus scilicet nature et gratie. Super com-
municationem autem bonorum naturalium nobis a deo datorum fundatur amor
naturalis. Quo non solum homo secundum integritatem sue nature super omnia
diligit deum et plus quam se ipsum sed et quelibet creatura sal-
tem amore naturali. Sicut lapides et alia que cognitione carent
quia unaqueque pars plus amat bonum totius naturaliter quam bo-
num particulare, ut etiam patet in politicis virtutibus, sicut
quilibet civis pro communi bono dispendium propriarum rerum et persone
sustinent. Multo magis hoc verificabitur in amicitia
caritatis que super communicationem donorum gratie fundatur.
Et ideo magis homo debet deum ex caritate diligere quam est
bonum omnium quam se ipsum. Ad 4 questionem dicendum quod in homine
est duplex natura scilicet interior et exterior scilicet corporis et anime. Quantum
igitur ad naturam interiorem plus se debet diligere quam proximum. Et
hoc patet ex ipsa ratione diligendi. Nam deus diligitur ut
principium boni super quo fundatur dilectio carita-
tis. Homo autem se ipsum diligit ex caritate secundum rationem qua
est beatitudinis particeps. Proximus autem secundum rationem socie-
tatis diligitur in ipso bono. Consortium autem dilectionis
in ipso bono est ratio dilectionis secundum quandam unionem
in ordine ad deum. Unde sicut unitas potior est quam
unio, ita quod homo participet bonum divinum potior

est ratio diligendi quam quod alius associetur sibi in hac
participatione. Secundum autem naturam exteriorem corporis ma-
gis diligere debet homo proximum quam se ipsum. Conso-
ciatio autem in plena participatione beatitudinis per
redundantiam que est ratio diligendi proprium corpus.
Et ideo proximum quantum ad salutem anime magis debet
homo diligere quam corpus proprium. Ex quo patet
solutio ad 5 questionem. Ad 6 questionem dicendum quod
quedam intensio dilectionis est ex coniunctione
dilecti ad diligentem et ideo dilectio est mensuranda
secundum diversam rationem coniunctionis scilicet ut unus-
quisque diligatur magis in eo quod pertinet ad illam
coniunctionem secundum quam diligitur. Et ideo in hiis
que pertinent ad naturam plus debemus diligere
consanguineos secundum naturam. Quia amicitia consanguine-
orum fundatur in communione naturalis originis. In
hiis autem que pertinent ad conversationem plus debe-
mus diligere cives. Et in bellicis commilitones
eadem ratione. Si autem comparatur coniunctio ad co-
niunctionem, constat quod coniunctio naturalis est prior et immobi-
lior, quia est secundum id quod pertinet ad substantiam et sic a-
micitia consanguineorum est nobilior. Alie autem con-
iunctiones sunt supervenientes et removeri possunt.

Queritur primo utrum diligere inimicos sit
de necessitate caritatis. Et videtur quod non. Caritas enim
non tollit naturam. Sed unaqueque res etiam irrationalis odit
suum contrarium sicut ovis lupum ergo et cetera. Preterea con-
traria non agunt [illegible]. Sed quod aliquis diligat inimicos
videtur esse perversum sicut quod odiat amicos ergo et cetera.
Contra Mathei 5: diligite inimicos vestros. Iuxta
hoc queritur utrum exhibere signa caritatis inimico sit de
necessitate caritatis. Item utrum maioris meriti sit
diligere inimicum quam amicum. Item utrum diligere
proximum sit magis meritorium quam diligere deum.
Item utrum meritum consistat principaliter in caritate.
Respondeo dicendum ad 1 questionem quod dilectio inimicorum tripliciter
accipitur. Uno modo ut inimici diligantur in quantum
sunt inimici et hoc est perversum et caritati repugnans.
Alio modo ut aliquis diligens deum et proximum
ab illa generalitate dilectionis proximi inimicos
suos non excludat et hoc est de necessitate caritatis.
3o modo ut aliquis in speciali moveatur motu di-
lectionis ad inimicum. Et ideo non est de necessitate ca-
ritatis absolute, quia movere motu dilectionis
in speciali ad quoslibet homines non est de necessitate caritatis
ut homo habeat animum paratum ad hoc ut inimicum dili-
geret si necessitas occurreret. Quod tamen ad necessitatem arti-

culi pertinet. Ad necessitatem autem caritatis non per-
tinet ut absque hoc articulo necessitatis homo etiam hoc actu
impleat ut diligat inimicum propter deum. Sed pertinet ad
perfectionem caritatis. Et per hoc patet solutio ad
primum. Ad 2m dicendum quod inimici sunt nobis contrarii
in quantum sunt inimici. Unde in hoc debemus eos odio
habere. Non autem in quantum sunt capaces beatitudinis
quia secundum quod debemus eos diligere sicut amicos. Sed
non inquantum sunt inimici, quod est vituperabile. Sed hoc
non facit caritas ut dictum est. Ad 2 questionem dicendum quod
quedam sunt signa dilectionis que exhi-
bentur proximis in communi. Sicut cum quis orat pro to-
to populo aut pro fidelibus. Aut cum aliquod beneficium
impendit quis pro omnibus communiter et talia beneficia
et signa dilectionis exhibere inimicis est de necessitate
precepti, et non exhibere eis pertinet ad livorem vindicte.
Alia autem signa dilectionis et beneficia que quis exhibet
particulariter aliquibus personis. Talia inimicis exhibere
non est de necessitate salutis nisi secundum preparationem animi
scilicet ut subveniatur eis in articulo necessitatis secundum illud
proverbiorum: Si esurierit inimicus tuus ciba illum. Sed
quod extra casum necessitatis huiusmodi beneficia vel signa dilec-
tionis exhibere inimicis pertinet ad perfectionem caritatis.
Ad 3 questionem dicendum quod comparatio potest fieri ex parte proximi
qui diligitur et sic dilectio amici preeminet dilec-
tioni inimici. Amicus enim melior est et magis coniunctus.
Unde actus dilectionis amici melior est ut potentia
supra materiam convenientiorem transiens. Si autem fiat
comparatio ex parte dilectionis ratione eius propter quod diligi-
tur, sic dilectio inimici preeminet duplici ratione.
Quia dilectionis amici potest esse alia ratio quam
deus, sed dilectionis inimici sola ratio est deus. Secundo
quia supposito quod utrique propter deum diligatur fortior
ostenditur esse dei dilectio que animum hominis ad re-
motiora extendit. Sicut maior virtus ignis esse
ostenditur esse fortior quanto ad remotiora diffun-
dit suum calorem. Sed sicut idem ignis in propin-
quiora fortius agit quam in remota, ita etiam cari-
tas ferventius diligit coniunctos quam remotos.
Et quantum ad hoc dilectio amicorum secundum se considerata
est ferventior et melior quam dilectio inimicorum.
Ad 4 questionem dicendum quod dilectio dei et proximi si
seorsum considerantur, dilectio dei est magis
meritoria quam ei debetur propter se ipsum. Si autem di-
lectio dei accipiatur secundum quod solus diligitur,
dilectio autem proximi secundum quod proximus diligitur propter
deum, sic dilectio proximi includit dilectionem dei,

sed dilectio dei non includit dilectionem proximi. Et sic
hoc dilectio proximi preeminet sicut perfectius preeminet
minus perfecto. Ad 5 questionem dicendum quod actus
humanus habet rationem merendi ex duobus, scilicet ex ordi-
natione divina, unde actus dicitur esse meritorius
illius boni ad quod divinitus ordinatur. Secundo ex parte
liberi arbitrii, inquantum actus eius est voluntarius. Et
quantum ad utrumque principaliter meritum consistit in caritate.
Quantum ad primum quia vita eterna in dei fruitione consistit
ad quam humane mentis per actum caritatis promovetur,
per quod omnes actus aliarum virtutum ordinantur in hunc
finem, inquantum alie virtutes imperantur a voluntate. Et ideo
meritum vite eterne primo pertinet ad caritatem. Sed
ad alias virtutes secundario. Quantum ad illud aliud quod ad
rationem meriti requiritur, scilicet quod actus humanus sit
voluntarius, principaliter meritum caritati attribuitur, quia
quod ex amore facimus maxime voluntarie facimus.
Illud quoque non est pretermittendum.

Hic queritur primo utrum caritas semel habita
possit amitti. Et videtur quod non. Non enim potest destrui
a peccato existente in ipso qui caritatem habet quia sic
opposita essent simul. Nec a peccato non existente in eo
quia quod non est destruere non potest. Preterea magis est
destruere iam existens quam resistere advenienti. Sed
caritas destruit peccatum existens. Ergo multo magis
resistit advenienti. Contra Apocalipsis: Habeo
adversum te pauca eo quod caritatem non reliquisti.
Iuxta hoc queritur quid sit liber vite. Item cuius
vite liber sit. Item utrum aliquis deleatur
de libro viventium. Item utrum quelibet parva caritas po-
ssit resistere cuilibet temptationi. Item utrum
recuperans gratiam post peccatum semper resurgat in equa-
li caritate. Respondeo dicendum ad 1 questionem quod caritatem pos-
sumus considerare uno modo ex parte spiritus sancti moven-
tis animam ad diligendum deum. Et ex hac parte caritas
impeccabilitatem habet ex virtute spiritus sancti. Alio modo secundum
rationem propriam. Et sic caritas non potest nisi id quod pertinet
ad rationem caritatis. Et hoc modo peccare non potest
sicut nec ignis infrigidare. Tertio modo ex parte subi-
ecti quod est voluntas vel anima humana secundum arbitrii
libertatem cui inest ipsa caritas sicut forma. Est
autem de ratione forme quod insit subiecto amissibili-
ter cum non replet totam potentialitatem materie, sed
inamissibiliter si totam potentiam ipsius replet. Caritas ergo
patrie quia replet totam potentialitatem rationalis
mentis inquantum omnis actualis motus eius in deum fertur
actualiter, inamissibiliter habetur. Caritas autem vie non

replet potestate sui subiecti. quia non semper in deum
fertur vel quia actu in deum non fertur potest ad contrarium
per quod caritas amittitur. / Ad primum ergo dicendum quod in
virtus destruitur a peccato mortali non active sed formaliter
et eo modo instituit quo culpa esse incipit caritas
esse desinit. Sicut enim informatio non habet contrarium vel non
sunt simul. / Ad 2. dicendum quod caritas desistere potest
sed semper per voluntatem caritatem subtrahit a peccato sed vo
luntarie supponit. / Ad 2. q. dicendum quod liber vite in
raptione dicitur similitudine a rebus humanis accepta
¶ Consuetudo enim est apud homines quod illi qui ad aliquid eli
guntur in libro scribuntur ut puta milites et consiliarii.
¶ Cum autem homines predestinati eliguntur a deo ad ha
bendum vitam eternam. ideo ipsa predestinatorum conscriptio
dicitur liber vite. Dicitur autem aliquid conscriptum intellectu
alicuius quod firmiter in memoria eius tenetur
sicut in libris nostris aliquid scribitur ad succurrendum
memorie ¶ Cum ergo apud deum notitia quod se firmiter
tenet dicantur aliquos predestinasse ad vitam eternam inde
est quod liber vite dicitur. / Ad 3. q. dicendum quod liber vite
importat quod deum est conscriptorum sine notitia
electorum ad vitam. ¶ Eliguntur autem ad id quod non
competit sibi secundum suam naturam. ¶ Et ad illud in quod habe
re non sunt. Non enim eligit aut ascribitur
miles ad hoc quod armetur. sed ad hoc quod pugnet. quod
est proprium officium militie intentum. ¶ Cum ergo supra
naturam omnium sit vita glorie. dicendum est quod proprie liber vite
respicit vitam glorie. / Ad 4. q. dicendum quod liber vite
est conscriptio ordinatorum in vitam eternam. ¶ Ad hoc
autem quod aliquis ordinetur in vitam eternam. quandoque dupliciter.
vno modo ex diuina predestinatione que nunquam fallitur
tur. vnde sic ordinati ad vitam eternam nunquam delentur
de libro vite. ¶ Item ex gratia. quicumque enim habet gratiam
ex hoc est dignus vita eterna. ¶ Sed hec ordinatio
quandoque deficit eo quod gratiam perdi potest. vnde tales possunt
deleri de libro vite vt deletio non referatur ad
dei notitiam. scilicet ut primo aliquid sciat et postea ne
sciat. sed ad rem scitam. scilicet quia deus scit aliquos or
dinari ad vitam eternam primo et postea non ordinari
cum gratia deficit. / Ad 4. q. dicendum quod resistere temp
tationi dicitur dupliciter. vno modo ut quis a temptatione non
vincatur. ¶ Alio modo ut quis temptationem vincat.
Dicitur autem aliquis a temptatione non vinci quod a proposito
bono non trahitur per temptationem in consensum peccati
et si difficultatem patiatur. vincit autem qui non so
lum a temptatione superueniente in consensum peccati non
reducitur sed et magis virtute quolibet temptationem

perpendit. ¶ Loquendo ergo primo modo de resistentia peccati
sic quilibet caritatem habens potest resistere peccato per liber
tatem liberi arbitrii. ¶ Sed secundo modo caritas solum
est in primis temptationibus potest resistere quia in fine
temptationis sit magna. quia deus pugnandi cu
dine semper committit. ¶ Licet si ponatur semper
prima minima non posset peccato temptationibus resistere.
/ Ad vi. q. dicendum quod mensura gratie sive caritatis pe
sanda est ex duobus. scilicet ex diuina largitione que dat
sicut placet. ¶ Item ex humana dispositione secundum
quod ad gratiam habendam aliquis per omnia se disponit.
¶ Et secundum vtrumque istorum homo potest resurgere vel in
minori vel in maiori vel in equali caritate secundum
quod melius se disponit et deus infundit gratiam.
Tertiodecimo queritur primo. videtur quod deus amet omnes creaturas
Et videtur quod non. Dupliciter enim est amor. scilicet concupiscentie
et amicitie sed deus creaturas non amat amore con
cupiscentie quia nullius eorum eget. ¶ Nec etiam amore ami
citie quia secundum philosophum 4. ethicorum amicitia non est ad
irrationales creaturas ergo etc. Preterea amor dei est eternus
sed ea que a deo sunt non sunt ab eterno nisi in deo.
ergo non amat ea nisi in seipso. ergo deus non amat ali
a seipso. / Contra dicitur Sap. 11. Diligis omnia que
sunt et nihil odisti eorum que fecisti. / Juxta hoc queritur
vtrum equaliter diligat omnia. / Item vtrum deus magis
dilexerit genus humanum quam Christum. / Item vtrum plus
dilexerit hominem quam angelum. / Item vtrum plus dili
gat penitentem quam innocentem. / Item vtrum magis
iustum presciat quam peccatorem predestinatum. / Responsio
dicendum ad 1. q. quod cum voluntas dei sit causa rerum vnde
quodque in tantum habet esse in quantum est volitum a deo.
¶ Cum ergo omnia existentia in quantum sunt bona sunt. scilicet
quod deus cuilibet creature conferat velit aliquod bonum.
secundum eum amare nihil aliud est quam velle bonum
alicui. videtur quod deus omnia que sunt amet. ¶ Non tamen eodem
modo quo nos. Amor enim dei est causa bonitatis rerum. a
mor autem noster est causatus a rerum bonitate. / Ad primum
ergo dicendum quod deus creaturas irrationales non amat amore
amicitie sed amore concupiscentie. non quod deus de eis indi
geat sed propter suam bonitatem et nostram vtilitatem. concupi
scimus enim aliquid et nobis et aliis. / Ad 2. dicendum quod
licet creature ab eterno non fuerint nisi in deo per hoc
tamen quod ab eterno in deo fuerunt deus cognouit res in
propriis naturis et eadem ratione amauit. / Ad 2. q.
dicendum quod cum amare sit velle bonum alicui. dupliciter
ratione potest aliquid magis vel minus amari. vno
modo ex parte voluntatis que est magis vel minus intensa.

¶ Et sic non magis amat deus quedam aliis. quia omnia
amat vno et simplici actu voluntatis semper eod
modo se habente. ¶ Alio modo ex parte ipsius boni quod quis
vult amando. ¶ Et sic dicimur aliquem magis
alio amare cui volumus magis bonum. ¶ Et secundum
hoc deus quedam aliis amat magis. ¶ Alias non esset
aliquid alio melius. si deus non vellet vni maius
bonum quam alii. / Ad 3. q. dicendum quod deus diligit Christum
non solum plus quam totum genus humanum sed et magis
quam totam vniuersitatem creaturarum. quia maius bonum
ei voluit dando ei nomen quod est super omne nomen
scilicet verus deus esset. ¶ Nec eius excellentie de
perit ex hoc quod deus dedit eum in mortem pro salute
humani generis. quinimmo ex hoc factus est victor glo
riosus. / Ad 4. q. dicendum quod naturam humanam assump
tam a dei verbo in persona Christi deus amat plusquam omnes ange
los. quia melior est gratia vnionis ¶ Sed de humana na
tura loquendo comparando eam angelice secundum or
dinem ad gratiam et gloriam inueniuntur equalitas. tunc eadem
est mensura hominis et angeli. quia tamen permanent
quibusdam hominibus et eis. Et quantum ad hoc potiora inueniuntur
¶ Sed quantum ad conditionem nature absolute melior est angelica
homine. / Ad 5. q. dicendum quod penitentes et innocentes
habent se sicut excedentia et excessa. siue enim sint
penitentes siue innocentes illi sunt meliores et
magis dilecti qui plus habent de gratia. ¶ Ceteris vero
paribus innocentia dignior est et magis dilecta deo.
¶ Dicitur tamen gaudere plus de penitente quam de innocente
quia penitentes cautiores sunt et feruentiores re
surgunt. vel quia equale donum gratie plus comparatur
penitenti qui meruit penam quam innocenti. / Ad 6.
q. dicendum quod cum voluntas dei sit causa bonitatis in rebus
secundum illud tempus pensanda est bonitas eius qui
amatur a deo. secundum quod datur ei ex voluntate diuina
aliquod bonum. Ideo secundum illud tempus quo predestinatus
peccator ex diuina voluntate est maius bonum licet secundum
aliquod tempus sit peior.
Post predicta etc. / Hic queritur primo vtrum virtutes
morales insint nobis a natura. Et videtur quod sic.
Dicit enim Damascenus li. 3. naturales sunt virtutes et nobis in
sunt omnibus. / Preterea philosophus dicit 2. physicorum quod a natura sunt que
ex principiis naturalibus causantur. Sed virtutes mora
les procedunt ex ratione que est de principiis naturalibus
homini ergo etc. Contra secundum Dionysium 4. cap. de di. no. bona
naturalia homini amittuntur per peccatum. virtutes autem per peccatum
amittuntur. ergo etc. / Juxta hoc queritur vtrum virtutes ac
quisite et infuse differant specie. / Item vtrum virtutes

cardinales debeant dici morales. / Item vtrum tantum qua
tuor sunt virtutes cardinales an plures. / Item vtrum
virtus moralis consistat in medio. / Item vtrum
virtutes intellectuales consistant in medio. / Responsio
dicendum ad 1. q. quod virtutes duplices sunt. ¶ Quedam enim
ordinantur in bonum connaturale nobis quod est per gratiam
sine gloriam. ¶ Et quia hoc bonum est supra facultatem
nature. ideo hec virtutes non a natura nobis insunt. ¶ Que
dam vero ordinantur in bonum connaturale homini quod
nature nostre commensuratum est. ¶ Et hec possunt dupliciter
considerari. scilicet secundum esse imperfectum et quod ad corporalia
et sic sunt a natura. ¶ Sicut enim forme naturales preexistunt
in potentia materie et secundum conclusionem in principiis scibilibus.
sic virtutem seminaria sunt nobis indita et cognitione
veri et amore boni. ¶ Si autem considerentur secundum esse perfectum
sine secundum esse consummatum. sic insunt nobis a natura
tione. ¶ quia sic complementum forme naturalis que in
actu est est ab agente extrinseco et sic complementum
tum a doctrina vel inventione. Sic complementum vir
tutum est ex assuefactione. / Et per hoc patet solutio
ad argumentum. / Ad 2. q. dicendum quod finis in operibus
moralibus sunt sicut principia in speculabilibus. ¶ Illa autem
sunt diuersa specie quorum sunt diuersa principia. ergo et virtutes
erunt diuerse secundum speciem. ¶ Nec autem virtutum infu
sarum et acquisitarum est alius et alius finis secundum speciem.
¶ Finis enim acquisitarum est proportionatus nature. puta bo
num ciuile. ¶ Infusarum autem facultatem nature excedens
dens. scilicet bonum diuine glorie. scilicet et gratie vnde oportet quod diffe
rant specie. / Ad 3. q. dicendum quod virtus cardinalis est que
secundum perfectam rationem virtutis requirit rectitudinem
appetitus. ¶ Humana autem virtus non solum facit fa
cultatem bene agendi sed et ipsum vsum boni cau
sat. ¶ Vnde secundum imperfectam rationem virtutis virtutes
dicuntur que non requirunt rectitudinem appetitus. solum enim
faciunt facultatem bene agendi sed non causant bonum
operis vsum. ¶ Cum ergo perfecta sit ratio principalis
virtutis que continet rectitudinem appetitus principaliter
dicuntur. ¶ Huiusmodi autem sunt virtutes morales et inter
virtutes intellectuales sola prudentia que et quo
dammodo est moralis. ¶ Vnde conuenienter inter virtutes
morales ponuntur ille que dicuntur principales siue
cardinales. / Ad 4. q. dicendum quod principium formale virtutis
est bonum secundum quod impedit conseruationem rationis consideratione
consistit. et sic est vna virtus principalis que dicitur prudentia.
¶ Alio modo quod circa aliquid ponitur bonum rationis
consistit et hoc vel circa operationes et sic est iustitia. vel
circa passiones et sic necesse est duas virtutes esse.

vim qua passio impellens ad contrarium rationi re
primitur et moratur reprimitur. alia qua adimeret
ho(mini) passionem retrahentem ab eo quod dictatur ro
ne et dicitur fortitudo. / Ad 4 q. dicendum quod virtutes
morales sunt circa passiones et operationes inquantum
reguntur secundum regulam rationis. / In istis autem
regularis consistit bonum secundum quod regule adequantur.
equalitas autem media est inter maius et minus et
ideo oportet quod bonum virtutis sit in medio eius quod
superhabundat et eius quod deficit a mensura ra
tionis. / Dicitur autem medium virtutis dupliciter vel per
participationem contrariorum vel per abnegationem eorum. / Primo
modo dupliciter: uno modo ex comparatione ad contraria ei
dem rei. sicut medium in circulo et tale medium
oportet equaliter distare ab extremis. / Alio mo
do comparatione ad aliquam regulam extra. et tunc
non oportet medium equaliter distare ab extremis
sed quod adequetur regule sicut quicquid refertur lig
ad regulam non semper tamen inflectitur quod dimit
titur. / Et tale est medium virtutis moralis
que habet rationem rectam pro regula. unde quicquid
plus appropinquat uni extremo quam alteri secundum
quod competit recte rationi. Et hoc proprie convenit
de virtute morali. / Per abnegationem autem extre
morum sicut quod est virtus medium duorum vitiorum
sed hoc accidit virtuti unde non competit omni.
Ad 6 q. dicendum quod virtus intellectualis con
sistit in medio contradictionis sive indicando sed
moralis in bene operando. / Medium autem in ve
ro cognoscendo vel iudicando accipitur inter ex
trema quorum unum est diminutum scilicet negatio
quod est. alterum superfluum scilicet affirmatio quod non est.
/ Virtus autem intellectualis dicit quod in est in
esse et quod non in est non inesse unde consistit in
medio. / Et dicitur hoc medium non solum secundum
commensurationem ad rem sed secundum conformitatem
conclusionis ad principia. vel eorum que sunt ad finem
in operibus. Ad 7 q. dicendum quod virtus theologica
est circa obiectum pure bonum unde non oportet quod habeat
mensuram aliam ab obiecto quod est causa mensura.
Unde non habet medium. / Per accidens tamen et exce
ptio potest in virtute theologica medium considerari et
extrema quorum et si non possimus in deum ferri
quantum debemus. nobis tamen bonum est ferri quantum debemus
in ipsum credendo sperando et amando secundum me
suram nostre conditionis.

/ Circa quartum principale videtur quod virtutes maneant

in patria videlicet morales. Et videtur quod non homines
in statu future glorie erunt similes angelis. sed
ponere virtutes morales in angelis ridiculum est
ut dicitur 4 ethicorum. ergo etc. / Preterea virtutes morales
perficiunt homines in vita activa que non manet
post hanc vitam. ergo etc. / Contra iustitia perpetua
est et immortalis. / Iuxta hoc queritur utrum virtutes intel
lectuales maneant in patria. / Item utrum spes.
Item utrum aliquid fidei vel spei maneat in patria.
Item utrum caritas. / Responsio dicendum ad 1 q. quod in moralibus
virtutibus est aliquid formale et id quod est materiale. / Materiale
quidem in his est inclinatio partis appetitive ad
passiones vel ad operationes secundum aliquem modum et
modus est a ratione determinatus. et ideo formale in
ipsis est ipse ordo rationis. / Quantum igitur ad id quod
est materiale in eis virtutes morales in patria non
manent. non enim habebunt ibi locum concupiscentie ciborum
vel venereorum, nec timores vel audacie nec
distributiones rerum que veniunt in usum
presentis vite. / Sed quantum ad id quod est formale
in eis manebunt perfectissime in beatis in patria
inquantum unicuique eorum recta erit etiam ea que ad ipsum
pertinent secundum statum illum. / Et unus appetibilis
omnino movebitur secundum ordinem rationis in hiis que
ad statum illum pertinent. / Prudentie enim ibi
erit nullum bonum deo preponere. fortitudinis
firmissime ei cohere(re). / temperantie nullo af
fectu noxio delectari. / Iustitie autem subditum
esse deo. Ad primum ergo dicendum quod philosophus loquitur ibi de
hiis virtutibus quantum ad id quod est materiale. / Et simi
liter ad 2 dicendum. ea enim que sunt active vite materialiter se
habent ad virtutes. / Eodem modo ad 2am q. dicendum
quod ad ipsa fantasmata que sunt quasi materialia virtu
tibus intellectualibus virtutes intellectuales de
struuntur destructo corpore. / Sed quantum ad species in
telligibiles que sunt habent in virtutibus intelligibilibus
sicut formales manent virtutes intellectuales
post hanc vitam. Ad 3 q. dicendum quod imperfectio est quedam
de ratione rei et pertinet ad rationem speciei sicut defectus
rationabilitatis pertinet ad rationem speciei hominis. / Et
quia unum et idem numero manens non potest transfer
ri in speciem aliam inde est quod remota speciem (?) conditione
totaliter variatur species rei. sicut iam non esset homo
si non esset rationalis. / Manifestum est autem quod imperfectio
cognitionis est de ratione fidei et ponitur in eius
diffinitione unde fides est substantia etc. / Unde manifestum
est quod fides et perfecta cognitio manens eadem numero.

non est nec similiter potest esse cum ea perfectum enim et imperfectum
secundum idem. et ea que differunt secundum perfectum et im
perfectum secundum idem possunt esse in aliquo alio eodem.
/ Sed cognitio perfecti et imperfecti ex parte obiecti media
non potest esse de obiecto eodem. / possunt tamen convenire
vel concurrere eodem medio et in eodem subiecto. nichil enim
prohibet quod unus et idem homo per unum et idem medium
habeat cognitionem de duobus quorum unum est perfectum
et aliud imperfectum sicut de sanitate et egritudine. /
/ Similiter et impossibile est quod cognitio perfecta et imperfecta
ex parte sui conveniat in uno medio. / Sed nichil
prohibet quod conveniant in uno subiecto. potest enim unus
homo cognoscere eandem conclusionem per medium probabile
et demonstrativum simpliciter et ad impossibile. / Sed
impossibile est quod cognitio perfecta et imperfecta ex parte sui
sint simul in eodem subiecto. / Fides autem in sua ratione
habet imperfectionem que est ex parte subiecti. scilicet ut credens
non videat id quod credit. / beatitudo autem habet
perfectionem ex parte subiecti. eo de beatitudine ejus sit ut beatus
videat illud quo beatificatur unde impossibile est quod
fides maneat cum beatitudine. / Et eadem ratione
et spes. Spes enim motum importat in id quod non
habetur et quod speratur. quod quidem divina fruitio
iam habet. ideo de ea spes esse non potest quam et per
hoc patet solutio ad 4 q. Ad 4 q. dicendum quod
spes totaliter tollitur. fides autem partim tollitur
scilicet quantum ad enigma et partim manet scilicet quantum ad substantiam
cognitionis. / Quod quidem sic est intelligendum quod ma
neat non idem numero sed idem genere. / Unde dicendum
est quod fides cum visione patrie conveniunt in genere quod
est cognitio. Spes autem non convenit cum beatitudine in
genere. Comparatur enim spes ad beatitudinem sicut
motio sicut motus ad quietem in termino. / Sed autem
intelligi talis alia scilicet quod eadem cognitio numero que
est fidei maneat in patria omnino est impossibile. non enim
remota aliqua differentia alicuius speciei remanet
substantia generis eadem numero. sicut non remanet eadem
qualitas sunt sicut alia differentia constitutiva qualitatis.
Unde non potest esse quod eadem numero cognitio que prius
fuit enigmatica postea fiat visio aperta. Ex
quo patet quod nichil idem numero vel specie quod est in fide re
manet in patria sed solum idem genere. Ad
5 q. dicendum quod quamvis imperfectio alicuius non est de ratione
speciei ipsius nichil prohibet idem numero quod prius
fuit imperfectum postea perfectum esse. sicut homo perficitur
per augmentum et albedo per intensionem. Caritas
enim est amor de cuius ratione non est aliqua imperfectio.

potest enim esse habiti et non habiti et visi et non visi unde
caritas non evacuatur per gloriam perfectionem sed manet
eadem numero.

Circa dona

Venit de septem donis etc. / Hic queritur primo
utrum dona sint virtutes. Et videtur quod sic. Gregorius
in 2 moralium dicit quod per 7 filios Job 7 vir
tutes intelliguntur scilicet sapientia intellectus etc. consili
um. hec autem dicuntur dona spiritus sancti. ergo etc. / Preterea
Augustinus quod differunt et differentiam. sed differentiam vir
tutis convenit donis quia donum est bona qualitas
mentis qua recte vivitur qua deus in nobis
sine nobis ergo etc. / Contra dona dicuntur in
adiutorium virtutum ergo non sunt virtutes. / Iuxta
hoc queritur ubi conveniat dicitur esse donum.
Item utrum dona maneant in patria. Item utrum
beatitudines a virtutibus et donis distinguantur.
Item utrum fructus distinguantur a beatitudine.
Responsio dicendum ad 1 q. quod diversitatem donorum a virtutibus di
versimode assignatur. / quidam dicunt ea differre per
hoc quod dona dicuntur per comparationem ad deum donantem.
virtutes per comparationem ad actus. / Quidam per hoc quod vir
tutes sunt magis in parte sensitiva. dona ma
gis in cognitiva. / Alii per hoc quod virtutes sunt ad o
perandum. dona ad resistendum temptationibus.
/ Alii vero per hoc quod virtutes purgant animam a
peccatis. dona ornant eam gratiis. / Alii vero per hoc
quod virtutibus conformamur christo in operatione. donis in
passione. / Hec autem omnia dicunt non dicuntur sufficien
tes quia si recte consideremus omnia predicta et donis
et virtutibus conveniunt. / Et ideo ad distinguendum
dona a virtutibus attendendum est quod sacra scriptura de
donis loquens nominat ea spiritus. sicut 11 ysa. Requie
scet super eum spiritus domini scilicet sapientie etc. Ex quo datur
intelligendum quod dona insunt nobis ab inspiratione
divina. Inspiratio autem motionem ab exteriori significat.
/ Primum autem movens hominem intrinsecus est ratio. sed
movens exterius est deus. / Cum ergo omne quod movetur
necesse sit proportionatum esse per aliquam dispositionem mo
tori / et quanto movens est altior tanto necesse est
quod mobile perfectiori dispositione ei proportionetur / sic
perfectiorem oportet esse dispositionem de sapientia ad hoc quod altio
rem doctrinam capiat a doctore. virtutes autem
humane perficiunt hominem secundum quod natus est moveri
per rationem in hiis que interius et exterius agit. oportet
oportet inesse homini altiores perfectiones secundum quas dispo
natur ad hoc quod divinitus moveatur. / Et iste per
fectiones dicuntur dona non solum quia infunduntur a deo.

sed quia secundum eam homo disponitur ut fiat prompte mobilis ab inspiratione divina. Et ideo dicit quod dona perficiunt hominem ad actus altiores quam sunt actus virtutum. / Ad primum ergo dicendum quod hic duo dona connumerantur quinque virtutibus secundum eandem rationem virtutis habent enim ad supereminentiam eandem rationem virtutis in quantum dona virtutes perficientes hominem magis modo [illegible] est a deo. Et per hoc patet solutio ad 2. quaestionem. Dicitur enim differentia illa de virtutibus secundum eandem rationem virtutis.

Ad 2. q. dicendum. / Ad 2. q. dicendum quod sicut virtus appetitiva movet principaliter rationis ita dona movent per impulsum spiritus sancti. Et ideo in omnibus viribus hominis quae possunt esse principia humanorum actuum sunt sicut virtutes ita et dona scilicet in ratione et in vi appetitiva. Ratio autem speculativa est et practica. et in utraque consideratur apprehensio veritatis quae pertinet ad inventionem et ratione de veritate. Apprehensionem veritatis perficit ratio speculativa per sapientiam. practica vero per scientiam perficitur. Appetitivus autem in his quae sunt ad alterum perficitur per pietatem. In his autem quae ad seipsum perficitur per fortitudinem contra timorem periculorum. contra concupiscentiam vero inordinatam delectabilium per timorem. / Ad 3. q. dicendum quod si loquamur de donis quantum ad eorum essentiam sunt perfectissima etiam in patria. Dona enim naturae perficiunt secundum motorem scilicet spiritum sanctum qui magis erit in patria. Si autem loquamur de donis quantum ad materiam circa quam non operabuntur istarum gratiae sicut hoc non manebit in patria sicut de virtutibus cardinalibus est supra dictum. / Ad 4. q. dicendum quod beatitudo est ultimus finis vitae humanae. Dicitur autem aliquis iam finem habere propter spem obtinendi. Spes autem de fine quam consurgit ex hoc quod aliquis convenienter movetur ad finem. Ad finem autem beatitudinis movetur aliquis per operationes beatitudinum. Ex quo apparet quod beatitudines distinguuntur a donis et virtutibus sicut actus ab habitibus. / Ad 4. q. dicendum quod plus requiritur ad rationem beatitudinis quam requiritur ad hoc quod aliquid sit perfectum et excellens. Unde omnes beatitudines fructus dici possunt. sed non econverso. Fructus enim dicuntur quaecumque virtuosa opera in quibus homo delectatur. Sed beatitudines dicuntur solum perfecta opera. quae etiam ratione sive perfectionis magis attribuuntur donis quam virtutibus.

Consequenter quaeritur primo utrum timor convenienter dividatur in filialem servilem et initialem. Et videtur quod non. Quia secundum [illegible] est timor bonum vel malum. Sed est alius timor naturalis qui nec est bonus nec malus ergo etc. / Praeterea sicut timor servilis timet poenam. ita timor filialis et initialis quod non debent ab invicem distingui. / Contra est auctoritas littere. / Item videtur quod timor servilis sit idem cum timore filiali. / Item videtur quod timor initialis differat secundum speciem a filiali. / Item videtur quod timor sit donum.

Responsio. Dicendum ad 1. q. quod timor de quo nunc loquimur est secundum quod per ipsum aliquis vel ad deum convertitur vel ab eo avertitur. Cum autem obiectum timoris sit malum. quandoque homo propter malum quod timet a deo recedit. et dicitur timor iste humanus vel mundanus. / Quandoque autem propter mala quae quis timet ad deum convertitur et ei inhaeret. Quod quidem malum si fuerit malum poenae erit timor servilis. / Si autem malum culpae erit timor filialis. Est enim filiorum patrem offendere timere. / Si autem quis propter malum utrumque simul timore ad deum convertitur. est timor initialis. / Ad primum ergo dicendum quod omnes praedicti timores in quantum bonum morale vel malum consistunt in aversione vel conversione ad deum. timor autem naturalis praesupponitur bono et malo morali. et ideo non connumeratur inter istos timores. / Ad 4. dicendum quod praedicti timores et si respiciant poenam. aliter tamen et aliter. Nam timor mundanus sive humanus respicit poenam a deo avertentem. Alii autem timores respiciunt poenam ad deum attrahentem. / Ad 2. q. dicendum quod obiectum timoris est malum. actus autem et habitus per obiecta distinguuntur. unde necesse est quod secundum diversitatem malorum et timores distinguantur. / Differunt autem specie malum poenae quod refugit timor servilis et malum culpae quod refugit timor filialis. unde oportet quod timor servilis et filialis non sint idem secundum substantiam sed differunt specie. / Ad 3. q. dicendum quod timor initialis accipitur hic secundum quod competit statui incipientium. In quibus inchoatur quidam timor filialis et non sunt idem secundum speciem sed differunt sicut perfectum et inchoatum caritatis. / Et ideo timor initialis sed quod accipitur hic se habet ad filialem ut caritas imperfecta ad perfectam quae non differunt secundum speciem sed solum secundum statum. Et ideo timor initialis differt secundum essentiam a timore filiali. / Ad 4. q. dicendum quod timor humanus et servilis non sunt dona spiritus sancti. eo quod prout humanus est voluntarius peccandi. quod repugnat donis. servilis non sunt cum caritate. / Cum autem dona spiritus sancti sint quaedam perfectiones potentiarum quibus redduntur bene mobiles a spiritu sancto vero deus est. / Ad hoc autem ut aliquid sit bene mobile ab aliquo requiritur ut sit ei subiectum non repugnans. hoc autem facit timor filialis vel castus. in quo per ipsum deum reveremur. Relinquitur quod timor filialis sive castus sit donum. / Ad 4. q. dicendum quod fortitudo importat quandam animi firmitatem in bonis et malis perferendis. ad quam potest moveri animus a ratione secundum modum sibi congruum. Et hoc fortitudo ponitur virtus. / Movetur et quandoque animus hominis ad aliquem secundum quod praeveniat ad finem ultimum sive terminum operationis inchoatae ut evadat quaedam pericula imminentia. quod quidem excedit humanam naturam. / Sed hoc operatur spiritus sanctus in homine dum ducit eum in vitam aeternam quae est finis omnium bonorum operum et evasio omnium periculorum. Et huius rei infundit quandam fiduciam menti scilicet. Et secundum hoc fortitudo donum spiritus sancti dicitur. / Ad 6. q. dicendum quod dona sunt quaedam dispositiones animae quibus est prompte mobilis anima spiritus sanctus. / Spiritus autem sanctus inter cetera movet nos ad hoc quod affectum quendam habeamus ad deum. quia igitur ad pietatem pertinet cultum deo patri exhibere. sequitur quod pietas secundum quam cultum exhibemus deo patri per instinctum spiritus sancti sit donum.

Post praemissa diligentius etc.

Hic quaeritur primo utrum vita convenienter in activam et contemplativam dividatur. Et videtur quod non. Quia anima est principium vitae. Quia vivere viventibus est esse. Sed actionis et contemplationis principium. [illegible] per suas potentias est etc. / Praeterea vita motum importat ut dicitur in libro de causis. Contemplatio autem in quiete consistit ergo etc. / In contrarium est auctoritas sanctorum doctorum dividentium vitam in activam et contemplativam. / Item hoc quaeritur utrum vita contemplativa solum consistat in contemplatione dei. / Item utrum contemplatio delectationem habeat. / Item utrum vita activa post hanc vitam maneat. / Item utrum vita activa sit maioris meriti quam contemplativa. / Item utrum activa impediat contemplativam. / Responsio. Dicendum ad 1. q. quod illa proprie dicuntur viventia quae ex seipsis moventur sive operantur. Id autem maxime convenit alicui secundum seipsum quod est proprium sibi vel ad quod maxime inclinatur. / Et ideo unumquodque vivens ostenditur vivere ex operatione sibi maxime propria ad quam maxime inclinatur. unde et in hominibus vita uniuscuiusque magis ostenditur in eo in quo magis delectatur. / Et quia quidam magis intendunt contemplationi veritatis. quidam autem exterioribus actionibus. Inde est quod vita hominis convenienter dividitur per activam et contemplativam. / Ad primum ergo dicendum quod forma uniuscuiusque viventis ipsum esse in actu est primum. Propria autem actionis operationis. Et ideo vivere dicitur esse viventium. eo quod viventia per hoc quod vivunt habent. per hoc quod habent esse per suam formam qua talia operantur. / Ad 2. dicendum quod contemplatio habet quietem ab exterioribus motibus. nihilominus tamen ipsa est quidam motus intellectus inquantum quaelibet operatio quidam motus dicitur in 3° de [illegible] etc. / Ad 2. q. dicendum quod ad vitam contemplativam pertinet primo contemplatio divinae veritatis. quia haec contemplatio est finis humanae vitae. / Sed quia per suos effectus in dei contemplationem manuducimur. secundum illud. Ro. 1. invisibilia dei etc. Inde est quod contemplatio divinorum effectuum pertinet secundum Augustinum ad vitam contemplativam. / Ad 3. q. dicendum quod contemplatio potest esse delectabilis dupliciter. uno modo ratione ipsius operationis. unumquodque enim delectabile est operatio conveniens sibi secundum propriam naturam. / Contemplatio autem veritatis competit homini secundum suam naturam in quantum est animal rationale. unde in cognitione veritatis delectatur homo et maxime hunc habitum sapientiae et scientiae. / Alio modo redditur contemplatio delectabilis ex parte obiecti. in quantum scilicet aliquis rem aliquam delectabilem contemplatur. / Quia igitur vita contemplativa consistit praecipue in contemplatione ad quam movet caritas inde est quod vita contemplativa est delectabilissima. / Ad 4. q. dicendum quod vita activa habet finem in exterioribus actibus qui si referantur ad vitam contemplativam vel ad quietem contemplationis. iam pertinent ad vitam contemplativam. / Cum igitur in futura vita beatorum cesset occupatio actionum exteriorum. / Et si qui actus exteriores sint referentur ad vitam contemplativam. manifestum est quod vita activa post hanc vitam non manebit. / Ad 5. q. dicendum quod radix meriti est caritas. Diligere enim deum secundum se est magis meritorium quam diligere proximum. et ideo id quod directe pertinet ad dilectionem dei est magis meritorium ex suo genere quam id quod directe pertinet ad dilectionem proximi. / Vita autem contemplativa directe et immediate pertinet ad dilectionem dei. sed vita activa directius ad dilectionem proximi. Et ideo vita activa ex suo genere est maioris meriti quam activa. / Potest tamen contingere quod aliquis in operibus vitae activae plus meretur quam alius in operibus vitae contemplativae. ubi ex superhabundantia divini amoris propter ipsius gloriam sustinet interdum se ab opere divinae contemplationis ad tempus separari. Sicut apostolus dicit ad Ro. 9. optabam ego ipse anathema esse a Christo pro fratribus meis. / Ad 6. q. dicendum quod vita activa si consideretur quantum ad ipsum studium actionum exteriorum. sic impedit contemplativam. in quantum impossibile est quod aliquis simul occupetur circa exteriores actiones et divinae contemplationi vacet. / Si autem consideretur vita activa quantum ad hoc quod interiores animae passiones componit et ordinat ex quibus fortissimum [illegible] per quae contemplatio impeditur. tunc adiuvat contemplationem.

Deinde quaeritur utrum sapientia sit donum et videtur
quod non. Sapientia enim, ut dicit Augustinus, est cognitio
divinorum. Sed cognitio divinorum naturalis pertinet ad sapi-
entiam, cognitio autem divinorum [illegible] pertinet ad fidem
quae est virtus theologica; ergo magis sapientia debet dici
virtus quam donum. Praeterea sapientia hic dicitur cultus dei.
Sed latria quae est cultus dei non est donum sed virtus.
Contra. Ysa. xi. Requiescet super eum spiritus sapientiae.
Iuxta hoc quaeritur utrum intellectus sit donum. Item utrum
scientia sit donum. Item utrum consilium sit donum.
Responsio. Dicendum ad primam quaestionem quod secundum philosophum i. metaphysicae
ad sapientem pertinet causas altissimas considerare,
per quas de aliquibus certissime iudicare et
ordinare. Causa autem certissima dupliciter accipi potest,
vel simpliciter vel in aliquo genere. Ille ergo qui co-
gnoscit causam altissimam in genere potest de omnibus quae
sunt illius generis iudicare et ordinare; dicitur
esse sapiens in illo genere, ut medicus in medicina.
Qui autem cognoscit causam altissimam simpliciter, quae est
deus, dicitur esse sapiens simpliciter, inquantum per regulas
divinas omnia potest iudicare et ordinare. Hoc autem
iudicium consequitur homo per spiritum sanctum. Ad primum dicendum
quod sapientia quae ponitur differre ab ea quae est virtus
intellectualis, non est illa quam homo acquirit stu-
dio sed per inspirationem spiritus sancti. Item differt a
fide; nam fides assentit veritati divinae secundum se
ipsam, sed iudicium quod est secundum veritatem divinam pertinet
ad donum sapientiae. Et per hoc patet solutio ad secundum.
Ad 2 quaestionem dicendum quod nomen intellectus intimam quandam
cognitionem importat; dicitur enim intelligere quasi intus
legere, et ideo cognitio intellectiva penetrat usque
ad essentiam rei. Sunt autem multa genera eorum
quae intus latent, quae ad cognitionem intellectus
pertinent. Nam sub accidentibus latet natura rei substantialis,
sub verbis latent significata verborum, sub similitudinibus
et figuris latet veritas figurata, unde nunc hoc omnium
videtur intellectus. Manifestum est autem quod quanto lumen
intellectus est fortius, tanto potest magis ad intima
penetrare. Lumen autem naturale nostri intellectus est de-
terminatae virtutis, unde indiget homo lumine supernaturali ad
cognoscendum quaedam quae per lumen naturale cognoscere non
valet; quod quidem lumen supernaturale donum intellectus
vocatur. Ad 3 quaestionem dicendum quod [illegible] est perfectior quam [illegible],
unde non deficit in singulis [illegible]; homo per naturam perfici
non potest. Cum autem homo per naturalem rationem assen-
tit secundum intellectum alicui veritati, dupliciter perficitur
circa veritatem illam: primo quod capit eam, secundo quod

de ea certum iudicium habet. Et ideo ad hoc quod intellectus
humanus perfecte assentiat divinae veritati requiritur
primo quod sane capiat ea quae proponuntur, quod pertinet
ad donum intellectus, et quod habeat certum iudicium de
eis, discernendo credenda a non credendis, ad quod
necessarium est donum scientiae. Ad 4 quaestionem dicendum quod dona, scilicet
ut dictum est supra, sunt dispositiones quaedam quibus anima
redditur mobilis a spiritu sancto. Deus autem movet secundum mo-
dum eius quod movetur, sicut creaturam corporalem movet
semper et per locum et per tempus, sed spiritualem per tempus tantum.
Est autem proprium rationalis creaturae quod per modum inqui-
sitionis moveatur ad agendum, quae quidem consilium dicitur.
Et ideo spiritus sanctus per modum consilii movet creaturam
rationalem. Et propter hoc consilium ponitur inter dona
spiritus sancti.
Deinde quaeritur utrum virtutes etc. Hic quaeritur primo
utrum virtutes morales sint connexae. Videtur
quod non. Moralis enim per exercitium actuum causatur, ut
dicitur 2 ethicorum. Sed homo potest exercitari in actibus unius
virtutis sine hoc quod exercitetur in actibus alterius
virtutis; ergo etc. Praeterea virtutes intellectuales non
sunt connexae; potest enim aliquis habere scientiam sine hoc
quod habeat alias virtutes intellectuales; ergo eadem
ratione nec virtutes morales sunt connexae.
Contra. Tullius: Si unam de virtutibus omnes a-
misisti, nullam te habere necesse est confiteri. Et
Ambrosius super Lucam: Connexae sunt sibi concatenataeque
virtutes, ut qui unam habet plures habere videatur.
Iuxta hoc quaeritur utrum dona sint connexa. Item
utrum virtutes sint aequales. Item utrum vitia sint
connexa. Item utrum modus virtutis caritatis cadat
sub praecepto. Responsio. Dicendum ad 1 quaestionem quod
virtus uno modo accipitur secundum esse imperfectum, secundum
quod nihil est quaedam inclinatio naturalis ad actum virtutis.
Et hoc modo una potest haberi sine alia, sicut
enim aliquis ex complexione naturali aptus ad libera-
litatem qui promptus est ad luxuriam. Alio modo ac-
cipitur secundum esse perfectum quod ex assuefactione recipitur,
et hoc modo omnes virtutes morales connexae sunt. Quod
primo patet ex ordine virtutum ad prudentiam. Nulla enim
virtus sine prudentia esse potest, per quam quaelibet virtus
in suum finem tendit per debita media. Demonstrative [illegible]
[illegible] prudentia secundum philosophum recta ratio agibilium.
Praeterea virtutes autem alias habet rectam [illegible] de fine
qui est principium operabilium, quia qualis est unusquisque
secundum habitum, talis finis videtur ei. Secundo patet hoc ex
conditionibus quas [illegible] virtutem esse oportet. Omne enim quod fit

bene fit recte, fortiter, prudenter et temperate. Sic igitur
[illegible] illarum conditionum quaelibet virtus sibi
vindicat; quaelibet tamen virtus specialem nomen [illegible]
ut iustitia recti et sic de singulis. Totum hoc patet
quod finis quem intendit quaelibet virtus, quilibet enim
virtus operatur propter bonum virtutis simpliciter, quod principaliter
intendit, a quo nullo modo intentionem reflectere.
Non enim verum est virtus quandoque intentionem suam secundum
obliquari potest a defectu. Et ideo oportet ad hoc
quod quaelibet virtus secura sit et non impediatur ab aliis
[illegible] et declinetur a fine adepto habere
qualibet virtus annexas sibi. Si enim ille qui est
castus propter copiam munerum multorum non committit
[illegible] sit iniustus ut detestetur male acquisita,
forte volens perferret predicare [illegible] non
recedit a castitate quam habuit et sic in aliis
virtutibus. Ad 1 argumentum dicendum quod si quis exercitetur
bene operando circa unam non autem circa aliam,
puta [illegible] se habendo circa iras, non autem circa concupi-
scentias, acquiret quidem aliquem habitum ad repel-
lendum iras, qui tamen non habebit rationem virtutis propter
defectum prudentiae quae circa concupiscentias corrumpitur.
Ad 2 dicendum quod virtutes intellectuales sunt circa diversas
materias ad invicem non ordinatas, sicut patet in diversis
scientiis, et ideo non invenitur in eis connexio quae invenitur
in virtutibus moralibus quae sunt circa passiones et opera-
tiones quae ordinem habent ad invicem. Omnes enim pa-
ssiones ab amore et odio incipientes ad delecta-
tionem et tristitiam terminantur. Omnes et operationes
quae sunt materia moralis virtutis habent ordinem ad
invicem et ad passiones. Ad 2 quaestionem dicendum quod dona
dupliciter possunt considerari: uno modo secundum se absolute, et
[illegible] aliud sit quam quaedam perfectiones mentis humanae
quibus disponuntur ad sequendum instinctum spiritus sancti in
cognitione divinorum et humanorum, et sic sunt connexa.
Alio modo secundum esse perfectum quod est per gratiam gratum
facientem ut patet in dono sapientiae et [illegible] quorum esse perfectum
consistit in hoc ut per gratiam gratis datam [illegible]
[illegible] ut non solum sibi sufficiat sed et in aliorum
[illegible] valeat. Et sic dona non sunt connexa. Ad
3 quaestionem dicendum quod duplex est aequalitas: una quidem secundum
quantitatem absolutam, ut duarum linearum [illegible] non
[illegible]. Alia quidem secundum quantitatem proportionis,
quae dicitur aequalitas proportionis proportionis, ut patet
[illegible] quando non sit aequalis quantitatis absolutae, tamen
unum aliud excedat secundum quantitatem proportionatam, quia
sicut unum se habet ad suum officium

proportionabiliter crescit. Loquendo ergo de quantitate virtutum
absoluta, una excedit aliam dignitate, ut caritas
fidem. Item extensione, ut prudentia temperantiam,
quia ad plura obiecta se extendit. Item intensione, ut
virtus quae habet obiectum difficilius intensius et cum ma-
iori conatu movetur in ipsum. Loquendo autem de quantitate
comparata, sic sunt aequales [illegible] proportionaliter se habentes
[illegible] respectu suorum obiectorum. Quanta enim est una tan-
ta et alia proportionaliter, unde et proportionaliter augentur.
Ad 4 quaestionem dicendum quod aliter se habet intentio agentis
secundum virtutem et aliter intentio peccantis. Agentis
enim secundum virtutem intentio est ut rationis regulam se-
quatur. Et ideo omnium virtutum intentio in idem redit,
et propter hoc connexae sunt. Intentio autem peccantis non
est quod recedat a regula rationis ut aliquis secundum rationem,
sed potius ut tendat ad bonum appetibile a quo
speciem sortitur. Haec autem bona sunt diversa nullam co-
nnexionem habentia. Et ideo vitia nullam connexionem
habent ad invicem. Ad 4 quaestionem dicendum quod modus caritatis
dupliciter potest considerari: uno modo secundum quod est quidam modus
per se et sic cadit sub praecepto legis et hoc specialiter dicitur
scilicet diliges dominum deum tuum ex toto corde, ex tota etc. Et quantum
ad hoc unum diximus de virtute modus caritatis esse sub
praecepto. Alio modo potest considerari modus caritatis
secundum quod est modus actuum aliarum virtutum ordinatarum
ad caritatem, et secundum hoc verum est quod alii dicunt
quod modus caritatis non cadit sub praecepto. Sicut
verbi gratia cum hoc praecepto honora patrem non in-
cluditur quod honoretur pater ex caritate sed solum
quod honoretur pater. Unde qui honorat patrem
licet non habeat caritatem non efficitur transgressor
huius praecepti quod est de actu caritatis propter quod transgressioni
meretur poenam.
Deinde quaeritur primo utrum necessarium fuerit legem scriptam
tamen dari homini et videtur quod non. Quia enim naturalis
scripta sit in intellectu speculativo nulla fuit scripto
praecepto. Colligitur unde unicuique videtur eo
quod indiget. Sed praecepta sunt naturalis scripta in in-
tellectu practico universaliter ergo etc. Praeterea lex cogit
hominem metu poenae. Coactio autem tollit de me-
rito, quia sententia voluntarium magis est quam etc.
Contra ad Ro. vii. Peccatum non cognoscerem nisi per
legem. Peccatum autem cognoscere fuit necessarium, ergo etc. Iuxta
hoc quaeritur utrum assignentur convenienter decem praecepta.
Item utrum omnia praecepta legis ad haec
x reducantur. Item utrum praecepta decalogi sint
dispensabilia. Item utrum convenienter sint saltim

observatorum praecepti. Item videtur observatio sabbati aliquo tempore cessare debuit. Item videtur semper sit peccatum operari die sabbati. Responsio. Dicendum ad 1 quaestionem quod necesse fuit praecepta legis naturalis in scripto dari. Primo quia per consuetudinem peccandi ratio in quibusdam scripta erat obtenebrata. Secundo quia etsi in aliquibus vigebat ratio, tamen propter amorem boni in eis deficientem per traditionem praecepti ad bonum inducendi erant. Tertio ut ad opera virtutum non solum ratio sed etiam divina auctoritas (?) reverentia hominis inclinaret. Quarto ut memoriae commendarentur et frequentius in cognitione versarentur. Ad primum dicendum quod passionibus non sic corrumpitur aestimatio particularis sicut principiorum, et ideo magis oportet praecepta legis naturae in scripturam redigi quam principia speculativa. Ad 2 dicendum quod duplex est coactio: quaedam violenta quae tollit meritum, et quaedam obligatoria quae non tollit meritum quia non aufert libertatem voluntatis. Primo modo non cogit lex sed secundo modo, unde non diminuit meritum in eo qui voluntarie legem implet. Ad 2 quaestionem dicendum quod lex caritatis per sua praecepta dirigit in communicationibus hominis ad homines. Divina vero solum in his quae sunt hominis ad deum. Unde et sic distinguuntur praecepta quia quaedam ordinant in deum, ut praecepta primae tabulae, quaedam in proximum, sicut praecepta secundae tabulae. Deo autem sicut cuilibet principi convenit debetur fidelitas, et quantum ad hoc datur primum praeceptum, scilicet non adorabis deos alienos. Item reverentia, et quantum ad hoc datur tertium praeceptum de sanctificatione sabbati. Ad proximos autem se habet aliquis et generaliter et specialiter. Specialiter quidem quantum ad illos quorum est debitor, ut eis debitum reddat, et quantum ad hoc datur praeceptum de honoratione parentum. Generaliter autem quantum ad omnes, scilicet nulli nocendo in faciendo nec opere nec corde nec ore. Nocumentum oris prohibetur cum dicitur non loqueris contra proximum falsum testimonium. Nocumentum autem operis potest esse aut in persona propria, et quantum ad hoc est illud non occides, aut in persona coniuncta, et quantum ad hoc est illud non moechaberis, aut in re exteriori possessa, et quantum ad hoc est non furtum facies. Nocumentum autem cordis potest esse in persona coniuncta, et quantum ad hoc est non concupisces uxorem proximi tui. Non autem prohibetur nocumentum cordis in persona propria ut concupiscentia homicidii, eo quod proximus quilibet amatur et homicidium sicut est horribile non desideratur ut plurimum (?). Ad 3 quaestionem dicendum quod sicut in naturalibus quaedam contingunt semper, ut motus corporum superiorum, quaedam frequenter, ut quae ab illis sic moventur, quae tamen possunt impediri, ut pluvia, quaedam raro, ut casualia, sic in praeceptis humanis

quaedam sunt quae numquam deficiunt, ut praecepta iuris naturalis universalia indispensabilia, quae dicuntur praecepta moralia. Quaedam autem assimilantur eis quae frequenter accidunt, quia in se habent rationem quare servari debeant, sed casibus tamen contingentibus impediuntur, ut patet in redditione depositi. Dicuntur autem huiusmodi praecepta quaedam determinationes quae consistunt a iure naturali. Quaedam iudicialia quae immediate consistunt ex iure naturali. Quaedam autem assimilantur his quae raro fiunt, quia de se non habent rationem quare servari debeant, sed ex parte hominis constituentis recipiunt observandi, quod sunt praecepta constitutionum humanarum quae ad ius naturale non pertinent, sed quia divina auctoritate hoc concurrunt causae quibus observari debeant, cuiusmodi sunt praecepta caerimonialia. Et hoc mediante bonitate suae observantiae reducuntur ad ius naturale. Et quia ratio horum est variabilis, ideo in illis sunt variabilia. Ad 4 quaestionem dicendum quod in praeceptis iuris divini dispensatio quae contingit aliquo casu in quo si verbum legis observetur contrariatur intentioni legislatoris. Intentio autem legislatoris cuiuslibet ordinatur ad bonum commune. Ratio autem ad ordinem iustitiae et virtutis conservandum. Si qua igitur praecepta dentur quae contineant ipsam conservationem boni communis et ipsum ordinem iustitiae et virtutis, huiusmodi pertinent ad intentionem legislatoris et ideo indispensabilia. Ut si ponatur hoc praeceptum in aliqua civitate quod nullus destruat rem publicam neque prodat civitatem hostibus. Sed si alia praecepta traderentur ordinata ad ista praecepta quibus determinantur aliqui modi speciales, in talibus dispensari posset inquantum per omissionem huiusmodi praeceptorum in casibus aliquibus non fieret praeiudicium praeceptis primis legislatoris intentionem continentibus, puta si ad conservationem rei publicae statueretur in aliqua civitate quod singulis noctibus aliqui vigilarent ad custodiam civitatis, cum talibus possit ob aliquam maiorem utilitatem possit dispensari. Praecepta autem decalogi continent ipsam intentionem legislatoris, scilicet dei. Nam praecepta primae tabulae quae ordinant hominem ad deum continent ipsum ordinem ad bonum commune quod est deus. Praecepta autem secundae tabulae continent ordinem iustitiae ab hominibus observandae, scilicet ut nulli fiat indebitum et cuilibet reddatur debitum. Et ideo praecepta decalogi sunt omnino indispensabilia. Ad 4 quaestionem dicendum quod praeceptum de observatione sabbati habet aliquid morale et mysticum. Morale quidem habet inquantum lex dabatur (?) propter a iustitia in tempore et a pravis (?) sordidis operibus servilibus cessabat quod etiam mens corporis a divinis abstrahitur. Item quantum ad circumstantiam generalem primi casus (?)

inductum est eis observantia sabbati ut in memoriam novae (?) semper per oculos haberent. Mysticum autem etiam habuit triplicem: allegoricum ad significandum quietem Christi in sepulchro; tropologicum ad significandum quietem hominis a peccato; anagogicum ad significandum aeternam requiem beatorum. Et ideo conveniens fuit sabbati institutio. Ad 6 quaestionem dicendum quod quantum ad id quod hoc praeceptum fuit morale, inquantum scilicet ratione moralis naturalis dictatur ut homo aliquo tempore divinis vacaret, et ideo quantum ad hoc non cessavit in tempore gratiae. Quantum autem ad id quod fuit caerimoniale, sive quod ad significandum fuit institutum, et sic cessavit. Determinatio autem diei ad hoc et temporis non est de dictamine legis naturalis, et ideo caerimonialis erat, et ideo tempore gratiae cessavit. Ad 7 quaestionem dicendum quod quidam dicunt quod in hoc praecepto sunt duo, scilicet vacare devotioni et non dare impedimentum devotioni, quorum primum est affirmativum et secundum hoc non obligat ad semper. Et ideo non tenetur homo ex vi praecepti actualiter semper habere devotionem in illo die sancto. Secundum autem est negativum, et secundum hoc tenetur semper aliquis abstinere ab impedimentis actualis devotionis. Et ideo qui praestant impedimentum actualis devotionis tali die peccant mortaliter. Sed id quod est intentum primum in hoc praecepto est aliquo tempore deo vacare. Sed non praestare impedimentum est secundario et propter illud, et non est propter se intentum. Et ideo praestans impedimentum ut numquam devotioni vacet solvit hoc praeceptum et mortaliter peccat, et non praestans impedimentum ut pro aliquo tempore non vacet deo. Nec valet quod dicunt quod praeceptum negativum obligat ad semper, quia quod est in hoc praecepto negativum non est propter se sed propter aliud intentum. Et ideo aliter dicendum, scilicet quod ad hoc quod est morale in hoc praecepto, ut scilicet quis aliquando vacet deo, tenetur homo ex vi praecepti, nec quantum ad hoc est dispensabile. Et ideo contrarium faciens, scilicet numquam deo vacans, ex obligatione praecepti peccat mortaliter. Determinatio autem diei est moralis (?) et ideo non semper peccat homo operans in die sabbati, imponens si necessitas cogit vel utilitas pietatis suadeat, unde quantum ad hoc in praecepto hoc cadit dispensatio. Operari autem dicto vel scripto actu spirituali est non servile, et ideo non contrariatur observantiae sabbati.

Circa [illegible] tria.

Hic quaeritur primo propter praedictam distinctionem: videtur accipere usuras pro pecunia mutuata sit peccatum. Cuilibet enim licet accipere rem quam ei dominus rei voluntarie tradit. Sed ille qui recipit mutuo voluntarie tradit usuram, ergo etc. Praeterea argentum monetatum et in forma vasis formatum non differunt specie. Sed licet aliquis pro accipere pretium pro vasis argenteis accommodatis, ergo etc.,

quod per mutuum argenti monetati usura quod non est peccatum. Contra Luc. 6: Mutuum date nihil inde sperantes. Item hoc quod videtur aliquis possit pro pecunia mutuata aliquod aliud commoditatem expetere. Item videtur quod compulsus de pecunia usuraria quam licuerit sit reddere teneatur. Item videtur licitum sit pecuniam accipere mutuo sub usura. Responsio. Dicendum ad 1 quaestionem quod quarundam rerum usus est ipsarum rerum consumptio, sicut utendo vino consumimus ipsum. Unde in talibus cum conceditur usus, ex hoc ipso conceditur res, et propter hoc in talibus per mutuum transfertur dominium. Si quis ergo seorsum vellet vendere vinum et seorsum usum vini, venderet eandem rem bis, vel id quod non esset, unde per iniustitiam peccaret. Similiter etiam iniustitiam committit qui mutuat vinum aut triticum petens duas recompensationes, unam scilicet aequalis rei, aliam vero pretium usus, quod usura dicitur. Quarundam vero sunt rerum quarum usus non est ipsarum rerum consumptio, sicut usus domus est habitatio, non dissipatio. Et ideo in talibus seorsum potest aliquis concedere alteri usum domus retento sibi eius dominio, et propter hoc licite potest accipere pretium pro usu domus, et praeter hoc petere domum commodatam. Pecunia autem secundum Philosophum in 5 Ethicorum ad commutationes faciendas inventa est, et ita proprius usus pecuniae est eius consumptio sive distractio. Et ideo secundum se est illicitum pro usu pecuniae mutuatae vel mutuandae accipere pretium, quod dicitur usura. Ad 1 ergo dicendum quod ille qui dat usuram non simpliciter voluntarie dat, sed cum quadam necessitate, quia indiget pecuniam mutuo accipere quam ille qui habet non vult sine usura mutuare. Ad 2 dicendum quod usus principalis vasorum argenteorum non est ipsorum consumptio, et ideo usus ipsorum licite vendi potest salvo dominio rei. Similiter etiam usus vasorum argenteorum posset esse commutatio, et talem usum vendere non licet. Similiter etiam potest esse aliquis secundarius usus pecuniae argenteae quam distractio vel commutatio, ut si quis concederet pecuniam signatam ad ostentationem vel ad ponendum loco pignoris, unde talem usum pecuniae potest homo licite vendere. Ad 2 quaestionem dicendum quod secundum Philosophum omne id cuius pretium potest pecunia mensurari habetur pro pecunia. Et ideo sicut si aliquis pro pecunia mutuata vel quacumque re quae ex se hoc ipso consumitur pecuniam accipit ex pacto tacito vel expresso, accipit quodcumque huiusmodi peccat contra iustitiam, ita et quicumque ex pacto tacito vel expresso accipit quodcumque huiusmodi quod pecunia mensurari potest similiter peccatum incurrit. Si vero quis accipit aliquid non quasi exigens ex obligatione quacumque, sed sicut donum gratuitum, non peccat. Re

compensatio, quia eius quod pecunia non mutuatur mihi aliquid licet pro mutuo quaerat puta amorem eius cui mutuat ut est ad hominem. Ad .iii. q. dicendum quod si dedit est res que dicuntur sunt, ex quibus usus est ipsarum consumptio que sunt vina non habent usufructum. Et ideo si talia fuerint per usuram extorta puta denarii triticum vinum et huiusmodi non tenetur homo ad restituendum nisi id quod accepit quia eius quod ex tali re acquisitum est non est huiusmodi rei fructus sed humane industrie. Sed per detentionem talis rei alter sit damnificatus amittendo aliquid de bonis suis. Tenetur enim tunc ad recompensationem nocumenti. Res autem quarum usus non est earum consumptio sicut domus et agri et huiusmodi quia habent usufructum si quis aliquid talium per usuram extorsisset tenetur restituere ipsam rem et fructum inde perceptum quia fructus sunt rerum quarum dominus est et ideo ei debentur. Ad .4. q. dicendum quod inducere homines ad peccandum non licet. Licet tamen uti peccato alicuius ad bonum utentium, quia et deus omnibus peccatis utitur ad aliquod bonum secundum Augustinum. Et ideo quamvis non liceat aliquem inducere ad mutuandum sub usuris, licet tamen ab eo qui paratus est hoc, mutuum sub usuris accipere propter aliquod bonum, scilicet propter subventionem alicuius necessitatis.

Tertio de quaerendo q. primo.

Ut enim dicitur mendacium est falsa significatio vocis cum intentione fallendi. Et videtur quod non. Qui enim verum loquitur quod falsum esse credit mentitur, ibi tamen non est falsa significatio vocis, igitur etc. Praeterea quandoque falsum fingitur et non est mendacium cum intentione fallendi. Ibi est non completa mendacium, non igitur mendacium est semper falsa vocis significatio. In contrarium auctoritas Augustini in libro. Iuxta hoc quaeritur de divisione mendaciorum. Item utrum mendacium sit peccatum. Item utrum sit mortale peccatum. Item utrum mentiri in perfectis sit mortale peccatum. Responsio. Dicendum ad .1. q. quod in actibus humanis homo peccat uno modo quia non facit quod in se malum est. Alio modo quia intentione faciens ut cum quis bonum facit cum intentione prava. Mendacium autem utrumque complectitur. Dicit enim aliquid pertinens ad falsitatem significationis et addit falsam intentionem dicentis quorum utrumque est inordinatum. Sed ad complementum mendacii concurrit falsitas ex parte rei que malitiam habet in mendacio et falsitas ex parte intentionis quod est quasi formale. Et ideo in diffinitione eius cadit utrumque. Mentiri autem solum dicitur per comparationem ad intentionem loquentis. Et ideo ad mentiri sufficit falsitas intentionis. Scilicet ut aliud significet sermo quam sit in intentione lo-

quentis. Et per hoc patet solutio ad primum argumentum. Non enim quicumque fingit dicitur mendacium. Ad .2. dicendum quod vox large comprehendit quodcumque significationem mentis comprehendit quae possunt exprimi unde mentitur non solum verbis sed et nutibus et signis. Ad .2. q. dicendum quod intentio mentientis est formalis in mendacio. Unde penes hanc dividitur mendacium. Mentiens autem aut intendit prodesse et sic est mendacium officiosum. Aut delectare et sic est iocosum. Aut nocere et sic est perniciosum. Et haec est prima divisio que ponitur in textu. Hoc autem aut est in bono spirituali et sic est in primo specie mendacii quod est in doctrina religionis. Aut in corporali, ita quod nulli prosit et sic est in secunda. Aut quod alicui prosit et sic est in tertia. Si autem intendit delectare aut gratia stupri et sic est quarta species. Quod fit ex sola intendendi libidine vel aliena et sic est quarta quae fit ex placendi cupiditate. Si vero intendit prodesse quantum ad res exteriores et sic est sexta species mendacii quod prodest alicui ad pecuniam servandam vel quantum ad corpus et sic est septima qui impeditur mors hominis vel quantum ad honestatem vitae et sic est octava species mendacii qui impeditur illicita pollutio corporis. Ad .3. q. dicendum quod cum malum contingat ex singularibus defectibus cuiuslibet circumstantiae debitae committitur peccatum. Ut si aliquis facit quod non debet quamvis bonum intendat et aliae circumstantiae videantur ordinatae peccatum nominatur. Cum igitur locutio inventa fuit ad exprimendum conceptus cordis comprimendos primo. Quia aliquis loquitur quod in corde non habet facit quod non debet. Contingit autem hoc in omni mendacio unde de mendacio quamvis aliquis propter bonum mentiatur est peccatum. Ad .4. q. dicendum quod peccatum mortale est quod perimit vitam spiritualem que in caritate dei et proximi consistit. Mendacium vero quod est contra caritatem dei et proximi est peccatum mortale. Mendacium vero quod fit contra caritatem dei et proximi est mendacium quod fit in doctrina religionis. Et quod facit subversionem iustitiae ut mendacium in loco iudicii. Item quod cedit in nocumentum alicuius proximi. Secundum dimittas autem forma veri sunt peccata mortalia. Alia vero mendacia inordinata quidem sunt, non tamen sunt contra caritatem dei vel proximi, ideo non sunt peccata mortalia sed venialia. Ad .5. q. dicendum quod quidam dicunt quod in perfectis viris qui positi sunt in statu conservandae veritatis omne mendacium est peccatum mortale. Sed hoc non est. Nulla enim circumstantia aggravat peccatum in infinitum nisi que transfert peccatum in aliam speciem. Nisi forte ratione alicuius circumstantiae puta si sit in nocumentum alicuius quod non potest dici de mendacio

officioso vel iocoso. Et ideo tale mendacium non est peccatum mortale in viris perfectis, nisi forte per accidens ratione scandali. Nec obstat quod ipsi ponuntur in statu conservandae veritatis quia veritatem tenentur ex suo officio in iudicio vel doctrina servare, contra quae si mentiuntur erit mendacium quod est peccatum mortale. In aliis autem non oportet quod mortaliter peccent mentiendo.

Tertio de periurio mendacium.

Hic quaeritur primo utrum iurare sit idem quod deum in testem invocare. Et videtur quod non. Alii enim ut dicitur in littera licitum est per creaturas iurare sed tunc non videtur testimonium dei sed creaturae invocari, igitur etc. Praeterea non est idem esse testem et iudicem. Sed iuramento quod fit per exsecrationem videtur invocari deus ut iudex, ut ibi dicitur si sic hoc ita non accidit, igitur etc. Contrarium patet in littera. Iuxta hoc quaeritur utrum iuramentum sit licitum. Item utrum iuramento requirantur tres comites, iustitia iudicium et veritas. Item utrum omne iuramentum sit servandum. Item si periurium sit interpretandum secundum intentionem recipientis. Item utrum iuramentum coactum obliget. Item utrum periurium sit peccatum mortale. Responsio. Dicendum ad .1. q. quod iuramentum fit ad confirmationem eorum de quibus dubitatur ab audiente. Ea quae per certitudinem habet aut dicit scit homo sed sub coniectura quae per rationem confirmari non possunt. Hoc autem certitudo firma non potest nisi per aliquem cui similia non deest et cuius veritas infallibilis. Hoc autem in solo deo invenitur et ideo eius testimonium solum ad horum confirmationem efficax est. Unde quod aliquid certitudinaliter de hiis habeatur necesse fuit ad divinum testimonium recurrere. Talis autem divini testimonii invocatio dicitur iuramentum quia quasi per iure introductum est. Ut quod sub invocatione divini testimonii dicitur pro vero habeatur. Ad primum igitur dicendum quod cum quis per creaturam iurat, deum testem invocat. Hoc enim dupliciter contingit. Uno modo per aliquam creaturam in qua divina magnificentia ostenditur quae in testimonium inducitur. Alio modo cum dicitur in illa creatura effectus divinae testificationis exquiri ut cum dicitur per caput meum. Ad .2. dicendum quod ex hoc ipso quod deus iudex efficitur, in iudicando indicaturus testificatur veritatem et falsitatem dicentis. Ad .2. q. dicendum quod iuramentum secundum se est licitum et honestum quod patet per eius originem. Iuramentum enim introductum est ex fide qua homines credunt deum veritatem et plenam habere omnium cognitionem. Ex parte autem hoc ex fine quia iuramentum introducitur

ad testificandum et ad finiendum controversias. Cedit tamen iuramentum alicui in malum eo quod male utitur iuramento sine necessitate et cautela debita. Imminet enim periculum periurii. Qui de facili homo in verbo delinquit. Ad .3. dicendum quod ad bonum usum iuramenti duo requiruntur. Primo quod aliquis non leviter sed ex necessitate et discrete iuret. Et quantum ad hoc requiritur iudicium, scilicet discretionis ex parte iurantis. Secundum requiritur quantum ad id quod per iuramentum confirmatur. Ut scilicet nec sit falsum nec sit illicitum. Et quantum ad hoc requiritur veritas per quam aliquis iuramento confirmat quod verum est. Et iustitia per quam confirmat quod licitum est. Iudicio autem caret iuramentum incautum, veritate autem iuramentum mendax, iustitia autem iuramentum iniquum. Ad .4. q. dicendum quod duplex est iuramentum. Quoddam assertorium quod fit ad confirmationem veritatis praesentis vel praeteriti. Quoddam est promissorium quod est de eo quod in futurum expectatur. Sed autem iuramentum debitum iuramenti assertorii est veritas non falsitas. Ita iuramenti promissorii est bonum et non malum. Unde sicut falsum iurans obligatur ad peccatum, sic qui iurat malum in futuro obligatur ad peccatum male iurando sed non ad implendum id quod male iuravit. Id vero quod iuramento promittitur aut est totaliter et manifeste malum et tunc iuramentum est illicitum. Ut sunt actiones eadem super mariam in dubium et ex auctoritate [illegible] frangendum. Aut totaliter et manifeste bonum et tunc iuramentum est licitum et servandum. Aut potest bonum et potest malum et tunc est potius frangendum quam tenendum. Ut est in materia qui iurat tenere fidem latronum debet enim tenere iuramentum nec alii impediuntur ut tamen hoc dicitur ministerium. Aut est dubium et tunc non autem est contra iuramentum statutum superioris est frangendum. Ad .4. q. dicendum quod in iuramento quod quis coactus facit duplex est obligatio. Una qua quis obligatur homini cui promittit et talis obligatio tollitur per coactionem in foro contentioso. Quia ille qui vim intulit non meretur sed meretur ut ei promissio non servetur. Alia est obligatio qua quis deo obligatur ut impleat quod per nomen eius promisit. Et talis obligatio non tollitur in foro conscientiae quia magis debet damnum temporale sustinere quam iuramentum violare. Potest tamen in iudicio repetere quod solvit vel prelato denuntiare non obstante quod contrarium iuravit quia tale iuramentum vergeret in deteriorem exitum. Esset enim contra iustitiam publicam. Ad .6. q. dicendum quod non est eadem intentio iurantis et eius cui iuravit. Si hoc provenit ex dolo iurantis, debet iuramentum servari

sim statum intellectum eius cum intendit praestat. Si autem intentionis dolum non adhibet, obligatur secundum intentionem iurantis. Ad xiii quaestionem dicendum quod periurium dicitur iuramentum mendacium. Iuramentum autem est simpliciter solempnizatum ut id quod fit coram iudice super sancta sanctorum et sic periurium est peccatum mortale. Aut non est sollempnizatum et tunc aut est deliberatum cum plena deliberatione, et sic si sit iuramentum in proprium et sit aut committit periurium peccat mortaliter. Si autem non est sollempnizatum nec cum deliberatione ut agitur in communi sermone dicitur esse veniale quia actus moralis non est perfectus in sua specie sine deliberatione rationis.

Circa quartum de duobus, alterum praeceptum scilicet de non concupiscendo re, et de uxore proximi, et videtur quod male mentionem assignentur. Unum enim peccatum uno praecepto debet prohiberi. Sed unum et idem peccatum est cordis et operis, quare eodem debet esse utrumque prohibitio. Praeterea sicut furto et moechia quae peccatum cordis et opere sunt in actibus peccati sed praecepta aliorum non mentionantur praecipuum et opus, ergo etc. In contrarium est auctoritas divina. Iuxta hoc quaeritur utrum lex vetus iustificabat. Item utrum occidebat. Item utrum lex vetus temporalia tantum promittebat. Item utrum lex nova gravior sit quam vetus. Responsio dicendum ad primam quaestionem quod intentio legislatoris est homines ad virtutem inducere. Ad virtutem autem non sufficit quod actus virtutis qualitercumque fiat sed oportet quod homo sciens et volens et propter debitum finem delectabiliter operetur. Similiter non sufficit ut actus contrarius qualitercumque prohibeatur nisi voluntas faciendi relinquatur ut passiones ad actus illicitos inclinantes ordinentur. Et ideo in praeceptis decalogi non solum debent prohiberi actus illiciti sed et concupiscentia eorum illicitorum. Est autem duplex concupiscentia, quaedam concomitans opus, et haec prohibetur eodem praecepto cum ipso actu. Quaedam separata, et hoc prohibetur seorsum respectu quorundam actuum et respectu quorundam non. Sunt enim quidam actus quorum obiectum est bonum aliquod concupiscibile ut furtum et moechia, et hoc non solum pertinet ad actum sed etiam per apprehensionem huius movendi delectationem. Quidam vero sunt quorum obiectum est aliquod malum, ut homicidium, et hoc de se non movet concupiscentiam sed potius horrorem et fugam facit. Et ideo quia motus sunt illorum prohibitio actus per se et concupiscentiam per se, horum vero non sed simul utrumque. Ad primum dicendum quod quamvis concupiscentia opi- nuncta sit idem peccatum cum opere exteriori, concupiscentia tamen separata est alia peccatum a peccato operis sed quod solum voluntate perpetratur. Ad 2 patet responsio, quia actus quorum alia peccata non ita movent appetitum et delectationem solum apprehensa ut ista. Ad 2 quaestionem dicendum quod iustificatio ad duplex est, vel iustitiam conferendo vel ad iustitiam disponendo.

amore iustitiae

Conferendo iustitiam dupliciter est: iustificare aut conferendo iustitiam politicam ex operibus acquisitam. Et sic opera legis iustificabant quia habitus bonos et exercitium attribuebant. Aut iustitiam gratuitam infusam, et hoc modo lex vetus iustificabat quia ad opus operatum praeter modum sacramenti. Sed nova per gratiam formalem iustificationem quae in sacramentis iustificantur. Ad iustitiam disponendo dupliciter vel iustitiam promerendo, et sic opera legis iustificabant quia ad opus operatum et hoc si fiebant ex caritate. Quare Augustinus de Iustitia apud Deum merebantur. Aut iustitiam docendo, et sic et lex iustificabat docendo declinationem mali et operationem boni. Quia vero magis docebat declinationem mali in quantum consistit in iustitiae inchoatione, lex vero nova magis docet operationem boni. Unde est quod lex vetus dicitur docendo imperfecte iustificare, lex vero nova perfecte. Ad 3 quaestionem dicendum quod lex dicitur occidere multipliciter. Uno modo per mortem temporalem in praeceptis iudicialibus. Alio modo per mortem spiritualem in praeceptis caerimonialibus quae tempore gratiae sunt mortifera. Item per occasionem mortem etiam in praeceptis moralibus, et hoc triplici ratione. Una non sunt ex parte rei concupiscibilibus quam ostendendo non gratiam conferendo ad cavendum concupiscentiam excitabat, sicut aqua visa sitim. Alia est ex parte concupiscentiae quae nititur in rem vetitam quasi in arduum tendit. Lex enim vetando rem vetitam quasi arduum quoddam instituebat unde in hunc motum insurgentium tenendum quasi in arduum quoddam tendebat. 3a est ex parte actus concupiscentiae. Nam super transgressionem legis nihilominus praevaricationem legis fit peccatum ad augmentum addebat. Ad 4 quaestionem dicendum quod omnis differentia quae assignatur inter novam legem et veterem attenditur secundum perfectum et imperfectum. Lex enim vetus debebat imperfectis in donis gratiae spiritualibus constitutis. Dicebatur autem lex timoris in quantum inducebat ad observationem praeceptorum ex comminatione quarundam poenarum, et dicitur habere quaedam temporalia promissa. Illi autem qui habent virtutes inclinantur ad virtutes opera agendi propter opera virtutis vel propter amorem virtutis non propter aliquam poenam aut remunerationem extrinsecam. Et ideo lex nova quae consistit principaliter in ipsa spirituali gratia cordibus infusa ut dicitur dicitur lex amoris et habet promissa spiritualia et aeterna quae sunt virtutum obiecta. Et propter hoc et lex vetus dicitur cohibere manum non animum, quia timore poenae a peccato recedebat sed cum quis

amore iustitiae abstinet a peccato. Et ideo lex nova quia amoris est dicitur animum cohibere. Fuerunt tamen in statu veteris testamenti qui principaliter promissiones spirituales et aeternas expectabant, et secundum hoc pertinebant ad legem novam. Similiter et in novo testamento sunt aliqui carnales nondum pertingentes ad novae legis perfectionem quos oportuit et in novo testamento induci ad virtutis opera per timorem poenarum et aliqua promissa. Ad 4 quaestionem dicendum quod cum in operibus virtutis de quibus praecepta legis dantur duplex difficultas attenditur, una ex parte exteriorum operum, quae ex se ipsis quandam difficultatem habent et quantum ad hoc lex vetus gravior est nova quia plures actus exteriores obligabat lex vetus in multiplicibus caerimoniis quam nova, quae praeter praecepta legis naturae paucissima addidit in doctrina Christi et apostolorum licet aliqua sint postmodum superaddita per statuta patrum instituta. Alia est difficultas circa opera virtutum in actibus interioribus, puta quod aliquis opera virtutis exerceat prompte et delectabiliter. Hoc enim habenti virtutes est facile sed non habenti difficile. Et secundum hoc lex nova gravior est vetere, quia in nova motus animi interiores prohibentur qui in veteri non prohibentur expresse nisi in aliquibus etiam prohibitis poena non apponitur.

Samaritanus etc.

Hic quaeritur primo de diffinitione sacramenti. Et primo quaeritur de hoc quod dicitur sacramentum est sacrae rei signum, et videtur quod non sit bona. Sacrificium enim quod est sacrum ut patet est signum sacrae rei nec tamen est sacramentum. Praeterea agnus paschalis de quo dicitur Exodi xii et serpens aeneus Numeri xxi et columba Luce xi signum fuerit sacrae rei nec tamen sacramenta dicuntur. Contra est auctoritas magistri in littera. Iuxta hoc quaeritur de diffinitionibus sacramenti. Responsio dicendum ad primam quaestionem quod sicut ornamentum dicitur ab ornando actu sic sacramentum a sacrificando actu. Hoc autem potest fieri tripliciter, aut sanctitatem faciendo tantum aut sanctitatem significando et efficiendo, aut significando tantum, ut verum significando tantum est sacrificium. Efficiendo et significando ut sacramenta. Primo modo sacramentum dicitur sacrum signatum, ut passio Christi. 2o modo signum sacrae rei. 3o

modo signum et cum re sacrata. Novum autem sacramentum primo modo quantum ad rebus sacris tam novi quam veteris testamenti nec tamen novae quam veteris legis. 2o modo signum veteris legis. 3o modo signum novae legis. Et hoc ultimo modo accipitur sacramentum stricte. Est autem advertendum quod actus activorum dicitur proportionari conditionibus passivorum, et ideo in sanctificatione qua homo sanctificatur oportet esse talis sanctificandi modus qui competat homini secundum quod est rationalis: quia homo est inquantum rationalis habet cognitionem a sensibus ortam, unde oportet quod homo hoc modo sanctificetur quod sua sanctificatio sibi innotescat per similitudinem sensibilium rerum. Unde est quod de ratione sacramenti stricte sumpti sunt duo scilicet signum sensibile et naturalis similitudo ex qua habet aptitudinem significandi et spiritualis sanctificatio ex qua habet virtutem efficiendi id quod significat. Et ideo hoc modo diffinitur magister in libro. Sacramentum scilicet quod est invisibilis gratiae visibilis forma ita ut eius similitudinem gerat et causa existat. Huic autem diffinitioni concordat diffinitio Hugonis quae dicitur quod sacramentum est materiale elementum extrinsecus oculis suppositum ex institutione significans ex similitudine repraesentans et ex sanctificatione invisibilem gratiam continens. Idem enim est dictum materiale elementum extrinsecus oculis suppositum ex institutione significans quod invisibilis gratiae visibilis forma. Item ex similitudine repraesentans idem est quod dicitur ut similitudinem gerat. Item ex sanctificatione invisibilem gratiam continens idem est quod dicitur et causa existat. Quia vero sacramentum non sunt causa principales nec sanctitatis sed quasi servire et instrumentalia, non autem attribuitur instrumento sed potius agenti. Ideo Augustinus diffiniens sacramentum dicit quod sacramentum est in quo sub tegumento rerum visibilium divina virtus secretius operatur in salutem. Et per hoc patet solutio ad quaestionem sequentem. Ad 1 dicendum quod signum dicitur hic quod habet significare ex sacramento ex aptitudine naturalis similitudinis quod hic deficit. Ad 2 dicendum quod omnia illa praedicta sacramenta sunt secundum legem novam sacramenti sed non sunt sumpta stricte.

Item praedictae distinctionis quaeritur utrum sacramenta sint necessaria ad humanam salutem. Et videtur quod non. Passio enim ad sufficientiam nihil adhibet, vero esse necessarium ad effectum sed passio Christi est sufficiens causa nostrae salutis, ergo etc. Praeterea 2 ad Corinthios 12 dicitur apostolo: Sufficit tibi gratia mea, non autem sufficeret si sacramenta essent necessaria ad salutem. Contra est quod dicitur

in [illegible]. Iuxta hoc quaeritur utrum sacramenta ante peccatum fuerint necessaria. Item utrum post peccatum ante Christum sacramenta esse debuerint. Item utrum veteris et novae legis debuerint esse eadem sacramenta. Item utrum sacramenta in rebus et verbis consistant. Item utrum sacramentum sit causa efficiens gratiae. Item utrum sit virtus in sacramentis.

Respondeo dicendum ad 1 quaestionem quod sacramenta necessaria ad humanam salutem ratione triplici. Primo quia proprium est homini ut per sensibilia corporalia et sensibilia in spiritualia et intellectualia deducatur. Ideo convenit divina sapientia quae unicuique rei providet secundum modum suae conditionis confert homini auxilia salutis sub signis corporalibus et sensibilibus quae dicuntur sacramenta. Secundo quia sicut debet homini medicina adhiberi ubi patitur morbum. Homo autem peccando se subdidit per affectum rebus corporalibus, et ideo conveniens fuit quod Deus per quaedam signa corporalia hominibus spiritualibus adhiberet medicinam. Tertio quia studium actionis humanae maxime est circa corporalia, ne igitur esset homini durum si totaliter a corporalibus actibus abstraheretur, proportionata sunt corporalia exercitia in sacramentis quibus salubriter exerceretur ad evitandum exercitia superstitiosa quae in cultu daemonum consistunt. Ad 1 quaestionem dicendum quod quamvis passio Christi sit sufficiens ad humanam salutem, quod tamen ipsa applicetur hominibus per sacramenta, ideo et ipsa fuerunt necessaria. Ad 2 dicendum quod gratia Dei est sufficiens ad humanam salutem, sed Deus dat hominibus gratiam secundum modum eis convenientem, et ideo necessaria sunt hominibus sacramenta ad gratiam consequendam.

Ad 2 quaestionem dicendum quod ante peccatum scilicet in statu innocentiae sacramenta non fuerunt necessaria. Cuius ratio est quia rectitudine status illius superiora inferioribus dominabantur et nullo modo ab eis dependebant, unde sicut mens Deo subierat, sic menti subierant inferiores animae vires et ipsi animae corpus. Contra autem hunc ordinem esset si anima perficeretur vel quantum ad scientiam vel quantum ad gratiam per aliquid corporale, quod in sacramentis contingit. Et ideo homo sacramentis non indiguit non solum in quantum sacramenta ordinantur in remedium peccati sed etiam in quantum ordinantur ad animae perfectionem. Ad 3 quaestionem dicendum quod sacramenta sunt necessaria ad humanam salutem in quantum sunt quaedam sensibilia signa invisibilium rerum quibus homo sanctificatur. Nullus autem sanctificari potest post peccatum nisi per Christum, quem proposuit Deus propitiatorem per fidem in sanguine eius.

Et ideo oportuit ante Christi adventum esse quaedam signa visibilia quibus homo protestaretur de futuro Salvatoris adventu, et huiusmodi signa sacramenta dicuntur, et ideo ante adventum Christi necesse fuit quaedam sacramenta institui. Ad 4 quaestionem dicendum quod sicut antiqui patres salvati sunt per fidem Christi nascituri et passuri, ita et nos salvamur per fidem Christi nati et passi. Oportet autem aliis signis significare futura praeterita et praesentia, et ideo cum sacramenta sint quaedam signa fidei qua homo iustificatur, praestatim oportuit alia esse sacramenta in lege nova quibus significentur ea quae praecesserunt in Christo praeter sacramenta veteris legis quibus praenuntiabantur futura. Ad 5 quaestionem dicendum quod commune est omnibus sacramentis quod consistant in rebus sensibilibus quae tamen invisibilia continent vel significant. Sed speciale est sacramentis novae legis quod consistant in verbis et rebus triplici ratione. Primo ut perfectius repraesentarent auctorem suum in quo fuit verbum et caro. Secundo quia tanto expressiora debent esse signa quanto propinquiora sunt signatis. Verba autem sunt expressiora ceteris signis, quia inter cetera signa secundum Augustinum optinent principatum. Sacramenta autem novae legis sunt propinquiora suis signatis quia ea continent. Tertio quia habent efficaciam ratione sanctificationis. Sanctificatio vero creaturae fit per verbum Dei, 1 ad Thi. 3. Ad 6 quaestionem dicendum quod necesse est dicere sacramenta novae legis per aliquem modum gratiam causare. Per sacramenta novae legis homo Christo incorporatur sicut de baptismo dicit Apostolus ad Gal. 3: quicumque in Christo baptizati estis Christum induistis. Non autem efficitur homo membrum Christi nisi per gratiam quam figurant. In modo tamen dicendi est diversitas. Quidam enim dicunt quod hoc non est eo quod virtus aliqua in sacramentis contenta sed per modum pactionis, sicut quia Deus adhibitis sacramentis in anima gratiam operatur; ponentes exemplum de illo qui afferens denarium plumbeum accipit centum libras ex regis ordinatione, non quod denarius ille aliquid operetur ad habendum praedictae pecuniae quantitatem sed hoc operatur sola voluntas regis. Sed si quis consideret recte, modus iste non transcendit rationem signi. Nam denarius plumbeus non est nisi quoddam signum regiae ordinationis de hoc quod pecuniam recipiat ab isto. Secundum hoc igitur sacramenta novae legis non essent causae gratiae sed signa tantum, nec sacramentis veteris legis praeeminerent. Et ideo

dicunt alii quod sacramenta novae legis aliquid operantur in causando gratiam, non sicut per se agens et per formam inexistentem, quia [in margin: videlicet] actione naturali calidum calefacit. Sed sicut instrumentum motum ab agente per se sicut serra operatur in sectione lignorum tractum quod non competit ei nisi in quantum est artificiata ab arte mota. Sed nec hoc videtur stare posse, quia cum aliquid cooperatur ad aliquem effectum et in virtute instrumenti principalis agentis, oportet quod habeat aliquam virtutem propriam in agendo illud, quemadmodum calidum ignis agit

liquefaciendo praeter hoc quod agit [illegible] ut instrumentum in virtute principalis agentis. Et quod habeat in se dispositionem aliquam naturalem quae attingat effectum in causando, quemadmodum serra secundum formam suam sive figuram habet dispositionem quae attingit lignum in dividendo. Cum igitur sacramenta novae legis non plus habeant virtutem in agendo ad causandum aliquam dispositionem naturalem quae attingat gratiam tantum quam sacramenta veteris legis et similiter naturale quia cum eo quod esset supernaturale in esse productum tamen esset aliqua creatura secundum suam naturam quia nullo modo attingere potest ad ipsum esse quale est eius creabile eo quod virtus creandi sit incommunicabilis creaturae. Nullo igitur modo penes praedictum modum erunt causae gratiae sacramenta novae quam veteris legis, cum gratia sit per creationem. Et ideo alii dicunt quod sacramenta novae legis non agunt aliquid ad causandum gratiam nec in causando attingunt eam plus quam sacramenta veteris legis. Sed solum dicuntur esse causae gratiae cum sua significantia, quia sunt contentiva eius quod est per se causa gratiae in quantum causat eam. Licet enim Deus qui est creator gratiae per essentiam praesentiam et potentiam sit in omnibus rebus, tamen quo ad aliquem effectum ita est in una re quod non in alia. Sicut per divinitatem coniunctam in carne Christi per gratiam unionis ad tactum manus eius curabat leprosos ut divinitas dicatur id esse non ut divinitas tantum sed ut coniuncta in manu Christi. Et per hoc quod illa coniuncta in manu Christi curabat illos sicut agens principale, dicitur quod curabat ipsa manus Christi ut agens instrumentale.

Et sic est de sacramentis novae legis, quae se habent ad modum agentis instrumentalis respectu gratiae, non quod aliquid agant in producendo gratiam plus quam sacramenta veteris legis. Sed ipsi divinitati coniunctae ipsis ad tactum eorum circa illos quibus administratur confert gratiam causando eam in ipsis. Et per hoc differunt sacramenta novae legis et sacramenta veteris legis, quia ad tactum sacramentorum veteris legis aut non dabatur gratia regulariter a Deo, aut si aliquando dabatur hoc non erat instrumentale ex parte tactus illius sed ex devotione tangentis, et ita dabatur gratia a Deo non ut erat in illis sacramentis sed ut erat in corde devoti. In sacramento vero circumcisionis si regulariter dabatur gratia a Deo, hoc erat solummodo ex sola pactione inita cum Abraham ad quam implendam Deus assistens sacramento dabat gratiam, non ut coniunctus de ipso et in ipso, sicut fit in sacramentis novae legis. Unde illud sacramentum novae legis in quo Christus continetur corporaliter scilicet sacramentum altaris proprie dicitur sacramentum gratiae, alia vero in quantum continent virtualiter quod illud sacramentum proprie continet realiter, secundum quod a quibusdam dicitur baptismum esse virtualiter continentem sanguinem Christi. Ad 7 quaestionem dicendum quod sicut anima una continens potentiam est principium diversarum potentiarum, ita una est essentialiter gratia gratum faciens in anima a qua fluunt diversi motus virtutum habilitantes potentiam ad bonum et diversi effectus sanantes potentiam a malo, scilicet primum pertinet ad gratiam virtutum, secundum ad gratiam sacramentorum. Gratia autem non sunt diversae gratiae per se sed in comparatione ad diversos effectus, una est gratia utrobique, et in essentia et in subiecto, sed variatur ratione effectus quia utraque simul infunditur secundum illud quod est, non tamen semper secundum comparationem ad utrumque effectum, quia potest esse sine sanatione sive sine effectu sanationis a malo.

Consequenter quaeritur primo utrum fuerit necessarium dare circumcisionem. Et videtur quod non. Peccato originali quia ex alio contractum est non debetur poena sensibilis. Sed circumcisio est poena sensibilis. Ergo etc. Praeterea eadem ratione qua et in remedium unius populi et aliis. Sed non est data omnibus. Ergo etc. Contra. Morbo per delectationem contracto competit medicina pe-

nalis. in rubro generationis. g° etc. Juxta hoc queritur utrum debuit dari ante legem. Item utrum ista tria sunt de integritate circumcisionis. s. sponsis masculinus caro preputii et dies octaua. Item an fides parentum valebat puerulis in remissione originalis peccati ante institutionem circumcisionis. Item utrum ante circumcisionem fides parentum sufficiat puerulis sine signo exteriori. Item utrum in adultis erat necessarius ritus sacrificiorum. Respondeo dicendum. ad .1. q. quod duplex fuit causa institutionis circumcisionis una propter expressam similitudinem ablutionis originalis peccati. hanc autem ablutionem representat circumcisio quantum ad .4.or primo quantum ad membrum generationis per quod originale peccatum traducitur. unde eius precisio exprimit ablutionem peccati originalis. Secundo quantum ad figuram cultelli in qua significatur cultellus qui est impressus infectionis originalis secundum quod primo corrumpit naturam et non personam. Tertio quantum ad penam que erat in circumcisione contra delectationem concupiscentie in qua proprie viget virtus fomitis. 4° quantum ad effusionem sanguinis in qua significatur passio christi per quam pro originali peccato satisfaciendum erat. Secunda causa institutionis circumcisionis erat. diuisio populi fidelis ab infideli propter fidem eius cui data est circumcisio. s. abrahe. Ad primum dicendum. quod ymmo est de pena eterna. que inflicta est ad satisfactionem non autem de temporali. Ad .2. dicendum. quod circumcisio erat in remedium originalis peccati et significatione similitudinis nascituri sermo vnde fuit in membro generationis et ideo illi populo tantum dari debuit ex quo christus nasciturus erat. Ad .2. q. dicendum. quod lex scripta non debuit dari nisi populo fideli et ideo oportuit populum primus ab infideli distingui. hoc autem fieri non potuit nisi per aliquam significationem distinctionis. vnde ante legem oportuit dari signum distinctionis vel distinctiuum populi fidelis. Conueniens enim dari debuit in parte illa que primum fuit maioris huius distinctionis quam in alia. Et ideo tempore abrahe circumcisio conuenienter data est et non tempore legis. Ad .3. q. dicendum. quod de integritate circumcisionis quantum ad potentiam dicta tria pertinent. vel quo ad efficaciam sacramenti sine quibus erat in remedium. vel quantum ad significationem pertinent non sunt de integritate quantum ad obseruationem precepti pertinet erat impleta. Primo modo de integritate sacramenti erat preputium et membrum. cuius ratio est. quia remedium datum fuit non tantum ad tollendum morbum. sed et ad significandum principium eius morbi et modum propagationis. Secundo modo et tertio tempus determinatum. cuius determinationis causa fuit duplex vna misterii. s. significatio spiritualis circumcisionis fiende per christum. altera litteralis. s. consolidato membrorum pueruli ut pena illa fieret magis tollerabilis. Ad .4. q. dicendum. quod secundum aug. nemo liberatur a damnatione facta per adam nisi per fidem christi. Cum ergo est quod peccatum originale est non potius quam primum et ideo reparari non potuit natura nisi per christum non respondeamus. vnde a peccato non nemo liberari potest nisi per coniunctionem ad christum que habet fieri per fidem. hoc tamen peccatum quod aliunde contractum est sic per se sit in aliquo curari potest per fidem alienam. Si vero non sit in aliquo per se solum sed cum actuali peccato ut in adulto. indiget per fidem propriam saluari. Et ideo originale peccatum contractum per actum parentum carnalem congrue sanabatur in puerulo ante circumcisionem institutam per fidem parentum. Ad .4. q. dicendum. quod quidam dicunt. quod indigebat sufficit fides sine exteriori signo in quo esset fidei professio. sed puerulis sufficit aliena fides et aliena professio. adultis propria. Sed hoc est contra aug. in litera. unde aliter probabiliter dicunt quod quantum ad remedium originalis peccati nulla signa vel sacramenta fuerunt ad hoc instituta. sed sufficiebat fidei professio interior sine signo exteriori ad salutem pueruli et propriam. Exterior autem professio que fiebat in sacrificiis non est. s. in sacrificiis et decimationibus et oblationibus. erat de bene esse salutis. Et per hec patet solutio ad. 6. q. [red: lectio 2. distinctio 2]

Iam ad sacramenta etc. [red ¶] Hic quod primo ut omnia sacramenta sunt instituta in remedium est aliquod defectum et utrum quod non. Dicit enim duo quod quidam sacramenta pertinent ad actum purgationis ut baptismus. quedam ad actum perfectionis ut eucharistia et confirmatio. non quod omnia sunt contra defectum. [red ¶] Secundo utrum ante omnem defectum. s. in statu innocentie fuerunt instituta quod etc. [red ¶] Contra sacramenta omnia sunt medicine quod sunt contra aliquem morbum. [red ¶] Juxta hoc queritur utrum aliquod sacramentum sit in remedium contra penam vel solum contra culpam. Item utrum aliquod sit contra culpam venialem. Item de numero sacramentorum. Item utrum in noua lege aliqua sacramenta de nouo debeant institui. Item utrum eadem a principio mundi post peccatum debeant institui. Item utrum statim nato christo debeant institui. Item utrum omnia sacramenta noue legis a christo sunt instituta. Respondeo dicendum. ad .1. q. quod ad necessitatem additionis aliquorum super id quod requirit ordo nature aliorum sit suppletio defectus nature illius. homo autem cum habet naturam ex qua fiat gratia ad se sufficiencia non. oportet eum subiici sacramentis propter defectum. Qui cum sit duplex. s. in destructione nature et pone contra id indiget duplici remedio. Et hec sunt duplicia sacramenta. quorum quedam supplent defectum nature ut sunt perfectiua. Alia removent contrarium et dicuntur purgatiua. et per hoc patet responsio ad primum. Ad .2. dicendum. quod duplex est institutio matrimonii. s. naturalis in officium. in paradiso et sacramentalis in remedium post peccatum. Ad .2. q. dicendum. quod sicut medicinarum corporalium quedam dantur ad expulsionem morbi. quedam vero ad expulsionem reliquiarum. Ita medicinarum spiritualium quedam ordinantur ad expulsionem culpe. quedam vero ad expulsionem reliquiarum culpe que sunt defectus penales. Quorum quidam sunt inclinantes ad culpam ut concupiscentia et huiusmodi. Quidam vero retrahunt a culpa ut pena eterna et temporalis. Contra defectum pene primo modo dicte ordinantur sacramenta directe. Sed contra defectum pene secundo modo dicte ordinantur sacramenta. ex consequenti potius quam principaliter. Ad .3. q. dicendum. quod quidam dicunt aliquod sacramentum dari in remedium culpe venialis ut eucharistiam et extremam unctionem. Sed hoc non videtur quia pena est purgatiua vel contra omnia peccata mortalia actualia et venialia. et ideo non oportuit ad hoc institui aliquod sacramentum ad curationem ipsius principaliter. quamuis ex consequenti multa sacramenta valeant contra venialia. Venialia enim et culpa est et dispositio ad culpam. In perfectione culpe habet eo quod gratiam non excludit. Et ideo in quantum culpa est potest tolli per omnia sacramenta que contra culpam tollendam ordinantur. In quantum vero est dispositio ad culpam et manet ablata culpa mortali potest tolli et per sacramenta illa que contra penam ex culpa relictam et ad culpam inclinantem ordinantur. Ad .4. q. dicendum. quod sacramenta sunt quedam medicinalia spiritualis vite condita. sub signis sensibilibus. et ideo conuenienter secundum similitudinem vite corporalis distinguntur. Est autem in vita corporali ordo duplex. s. propagatores et ordinatores corporalis vite. Alii qui propagantur et ordinantur secundum corporalem vitam. Vite autem corporalis naturalis tria sunt necessaria per se et quantum ad partes. Oportet enim primo quod res per generationem aliquam vitam accipiat. 2° quod per augmentum ad debitam quantitatem et robur perueniat. 3° requiritur ad conseruationem vite et eius augmentum nutrimentum. Et hec quidem sunt per se vite corporali necessaria. quia sine eis esse non potest. Tertium quia contingit impedimentum esse corporali vitam ex quo res vitam infirmatur. ideo tertium de non necessarium est quantum ad .s. sanatio rei viuentis egrotantis. Sic est igitur et in spirituali vita. primum est spiritualis generatio per baptismum. 2m est spiritualis augmentum perducens ad robur perfectum per sacramentum confirmationis 3m spiritualis nutrimentum per eucharistie sacramentum. 4m autem spiritualis sanatio que fit in anima tantum per penitentie sacramentum. et ex anima derivatur ad corpus cum opus fuerit per extremam vnctionem. Et hec pertinent ad eos qui in vita spirituali propagantur et conseruantur. Propagatores autem et ordinatores vite corporalis attenduntur secundum duo. s. secundum originem naturalem. quod ad parentes pertinet et secundum regimen politicum per quod vita hominis pacifice conseruatur et hoc pertinet ad reges et ad principes. Sic et est de vita spirituali. Sunt enim quidam propagatores et conseruatores vite spiritualis secundum ministerium tantum spirituale ad quos pertinet ordo sacramentum et secundum corporale et spiritualem simul. quod fit per sacramentum matrimonii quo mulier et vir conueniunt prolem generandam et educandam ad cultum diuinum. Ad .4. q. dicendum. quod sacramenta sunt quedam signa representantia spiritualem effectum ex similitudine rerum sensibilium quibus utimur in sacramento. Et ideo in noua lege oportuit esse sacramenta maioris efficacie propter necessitatem perfectionis. Debuerunt et esse alia signa que expressionem significarent. et ideo oportuit noua sacramenta

ita instituta. Ad 6. q. dicendum quod sacramenta nova legis
eo quod gratiam continerent non sunt tradita nisi plena.
Et ideo non conveniebat ea instituere nisi tempore pleni
tudinis quod est tempus incarnationis. Unde et Christus
sui adventum distulit nec statim post peccatum
naturam assumpsit. Ad 7. q. dicendum quod sacramenta
nove legis duplicia. Quaedam sunt instituta sine conven[ienti]a
primo ad confirmandum sive operandum quoddam
et sic potuerunt ante passionem Christi institui. Quaedam
quae ad necessitatem sunt obligatoria et sic eorum i[n]
stitutio non fuit ante passionem Christi quia legalia
adhuc non fuerant mortua. Unde a tempore
predicationis Christi usque ad passionem simul cur
rebant sacramenta nove legis cum legalibus et utraque
operabantur. Ad 8m. q. dicendum quod quidam non
omnia sacramenta a Christo immediate instituta sed quae
dam per se instituit, alia autem apostolis institu[en]da
commisit. Sed hoc non videtur. Nam sacramentorum
institutio pertinet ad plenitudinem potestatis quae
soli Christo secundum quod homo convenit. Et ideo omnia sacramenta i[m]
mediate a Christo sunt instituta. Nec valet quod
quidam dicunt quod in missa legitur de confirmatione
vel extrema unctione Christum aliquid disposuisse.
Nam sacramentum confirmationis instituit cum pu
eris sibi presentatis manus imposuit. Sacramentum
extreme unctionis cum apostolos ad predicandum
mittens oleo infirmos ungere disposuit
ut sic curarent.

Secundo quaeritur primo utrum baptismus Johannis
fuerit sacramentum. Et videtur quod non. Dicit enim glossa
super illo verbo: erat Johannes baptizans quod cathe
cumenis necdum baptizatis predicit doctrinam fi
dei. Tunc perfecit baptismus Johannis sicut cathecismus est
sacramentale non autem sacramentum. Ergo etc. Preterea
sacramentum est alicuius legis. Sed baptismus Johannis non
fuit sacramentum veteris legis quia tunc cessarat; cum lex
et prophete usque ad Johannem nec etiam nove
legis quia a Christo non est institutus. Contra.
Sacramentum est sacre rei signum. Sed baptismus Johannis
fuit huiusmodi. Ergo etc. Iuxta hoc queritur utrum fuit
aliqua forma. Item a quo fuit institutus.
Item utrum gratiam conferebat. Item utrum cara
cterem imprimebat. Item utrum baptizati

hoc baptismate debebant rebaptizari. Responsio
dicendum ad 1. q. quod secundum rationem secundum processum temporis
et maiorem propinquitatem ad tempus gratie opor
tuit alia et alia sacramenta institui. Unde circa Johannem
quodammodo incepit tempus gratie quia lex et prophete
usque ad Johannem. Non quod ab ipso esset gratia sed quia
viam ad gratiam preparabat. Ideo eius baptismus fuit
aliquod sacramentum quia erat quedam initiatio sa
cramentorum. Fuit autem hoc sacramentum quodammodo
medium inter sacramenta nove legis et veteris. Sic dispositio
est media inter privationem et formam quodammodo.
Conveniebat enim cum sacramentis veteris
legis quia baptismum Christi figurabat. Item cum sacra
mentis nove legis in materia et quodammodo in forma
quia in nomine venturi baptizabat. Ad
primum ergo dicendum quod baptismus Johannis habuit aliquod
simile cum sacramentalibus baptismi quia fuit
dispositio ad baptismum Christi et quia ipsius institu
tionem precessit. Ad 2. dicendum quod sicut dispositio
forme reducitur ad genus forme ad quam
disponit ita baptismus Johannis ad sacramenta nove
legis ad que disponit. Ad 2. q. dicendum quod
utilitas rei ex forma sua consequitur; utilitas
autem baptismi Johannis tota erat ex dispositione ad
Christum. Et ideo hec erat forma sua competens ut
in nomine venturi baptizaret. Ad 3. q.
dicendum quod Johannes suum baptismum precepto divino insti
tuit. Unde eius institutio fuit a Deo per auctorita
tem sed a Johanne per ministerium. Ad 4. et 5. q.
dicendum quod baptismus Johannis fuit institutus ad prefigu
randum baptismum Christi. Item ad assuefaciendum
ad baptismum Christi. Illud autem ad quod institutus
fuit efficiebat et non aliud. Unde nec peccatum to
llebat nec gratiam conferebat nec caracterem
imprimebat sed tamen ad ista preparabat. Et sic
hoc intelligitur quod dicitur Marci 1. quod Johannes bap
tizabat in remissionem peccatorum, sed preparative
non effective. Ad 6. q. dicendum quod quidam
dixerunt quod baptismus Johannis susceptus in nomine
Christi et fide trinitatis baptismo Christi equipollebat.
Et hec oppinio videtur fuisse magistri. Sed quia
sacramenta nove legis ex ipso opere operato habent
efficaciam non ex fide operantis, baptismus autem

Johannis ex opere operato gratiam non conferebat nec ca
racterem. Ideo baptismo Christi non equipollebat
sed tamen ad ipsum disponebat. Et ideo eo suscepto
nichilominus baptismum Christi recipere oportebat.

Post hoc videndum est. Lect. 3. D. 3.

Hic queritur primo utrum integritas forme
baptismalis contineatur in hiis verbis: ego te
baptizo in nomine patris et filii et spiritus sancti. Et videtur
quod non. Actio enim magis debet attribui principali
agenti quam secundario. Sed principalis baptizans est ipse Christus
ut dicitur Jo. 1. hic est qui baptizat. Homo est tantum minister
baptismi. Ergo magis debet dici Christus te baptizat quam
ego te baptizo. Preterea sicut precepit dominus Mt ultimo
baptizare ita et docere. Sed docentes non oportet exprimere ac
tum docendi ut dicant ego te doceo. Ergo nec baptiza
tem actum baptizandi. Preterea verba non debent dirigi
ad non intelligentem, qualis frequenter est qui bapti
zatur. Ergo non debet dicere ego te baptizo. Item greci
baptizant sub hac forma: baptizetur servus Christi
in nomine p. et fi. et s. s. nec rebaptizandi sunt. Ergo sic
baptizari sufficit. Ergo etc. Iuxta hoc queritur utrum expressio trium
personarum sit de necessitate forme. Item utrum liceat
formam baptismi mutare. Item utrum in aqua fiat
baptismus conveniencius. Item utrum in aqua mixta possit
fieri. Item utrum immersio sit de necessitate baptismi. Item quando
fuit baptismus institutus. Item utrum baptismo instituto
legalia cessaverint. Responsio dicendum ad 1. q. quod
forma verborum baptismi duas particulas continent. Una
pertinens ad sanctificationem elementi scilicet invocatio trinitatis.
Altera pertinens ad determinationem intentionis mi
nistri scilicet expressio actus baptizandi. Prima habetur
ex institutione divina et hec est eadem apud omnes ecclesias
et secundum omne tempus. Secunda habetur ex traditione ecclesie
nec est eadem apud omnes ecclesias nec secundum omne tempus.
Nam cum illam duo concurrunt unde expressio ipsius
actus et persone in quam transit actus et hoc iterum non
est apud omnes et ideo dicitur a papa apostolica traditione
descendisse. Alterum est modus exprimendi qui di
versus est apud grecos et latinos. Cum ergo baptismus sit
unus nec baptizati in forma grecorum baptizandi in
ecclesia latinorum, oportet quod id quod est de substantia forme
sit unum et quod non est unum non est de substantia forme. Unde
pars illa forme que pertinet ad sanctificationem elementi

scilicet invocatio trinitatis est de substantia. Altera vero pars
que ad expressionem actus et persone addimus iterum est
de substantia. Sed quantum ad modum expressionis quo variatur
est non est de substantia sed consistit de statuto ecclesie. Ita
tamen statutum ecclesie potest ligare ministrum sed non potest
immutare substantiam sacramenti. Ideo iste modus est de
necessitate facientis et non rei facte. Ad primum ergo dicendum
quod agens principale exprimitur in invocatione. Minister
autem sacramenti designat quantum ad actum exteriorem cum
dicit ego te baptizo. Christus autem agit ut principale
agens cum operatione trinitatis sunt indivisa. Ad
2. dicendum quod alii actus habent efficaciam ex operatione tamen
sed actus baptizandi habet efficaciam ex forma
verborum. Unde oportet quod verba forme significent de
efficacia actum proferant et propter hoc oportet baptizante
actum suum significare verbo, quamvis in aliis actibus
hoc non requiratur. Ad 3. dicendum quod hoc verbum
est de verbis quorum totus usus est in significando.
Unde talia convertuntur ad id quo effectus
producetur ut cum dicitur exorcizo te creatura
salis et aque. Ad 4. dicendum quod greci servant id quod
est de substantia forme sed variantur accidentalia dicentes
baptizetur servus Christi in nomine p. etc.
Ad 2. q. dicendum quod sacramenta habent efficaciam ab in
stitutione Christi. Christus autem instituit sacramentum
baptismi dari cum invocatione trinitatis. Et ideo quic
quid deficit ad invocationem trinitatis plenam et
expressam tollit integritatem baptismi. Nec ob
stat quod in nomine unius persone intelligitur alia aut quod
ille qui nominat solam unam personam potest habe
re rectam fidem de tribus personis, quia sicut ad sa
cramentum requiritur materia sensibilis ita fides
trinitatis expressa. Unde non sufficit intellectus
vel fides trinitatis ad perfectionem sacramenti nisi sensi
bilibus verbis trinitas exprimatur. Ad 3. q.
dicendum quod mutatio aut forma verborum dicitur princi
fieri aut cum forma intelligibili scilicet significa
tione secundum modum significationis aut cum forma
sensibili tamen scilicet cum voces. Prima forma est omnino
determinata et ideo eius mutatio destruit formam
non enim dicit esse in nominibus preter illas principaliter
significationibus. Genitor vero et genitus non signi
ficant propter principaliter sed actus notionales

potius. Sed verbum non ita determinatum quin diversis linguis baptizari potest. Hec autem mutatio potest triplex: aut secundum substantiam, aut secundum quantitatem, aut secundum ordinem. Secundum substantiam dupliciter: aut totam substantiam variando aut secundum partem corrumpendo. Si sit mutatio secundum totam substantiam quia ponitur omnino alia forma verborum, aut ergo manet eadem significatio et modus significandi, et talis significatio non obest quin baptizatur in quibuslibet linguis. Aut non manet et talis obest, quia mutatur forma intelligibilis et non est baptismus, ut si dicatur in nomine genitoris et geniti et flaminis almi. Si autem sit mutatio secundum partem, aut ergo tanta est mutatio quod scilicet non manet eadem significatio non solum secundum eandem institutionem prime impositionis sed nec secundum accomodationem usus, et tunc non valet baptismus. Aut non tanta quin maneat secundum accomodationem usus licet non secundum regularem formationem prime institutionis, et tunc est baptismus si fiat ex simplicitate non ex derisione sive fiat ex parte ante sive ex parte post. Secundum quantitatem autem fit dupliciter mutatio, addendo aut diminuendo. Si fiat addendo, aut ergo intentione introducendi errorem et mutandi formam, ut faciebat Arrius qui dixit in nomine patris maioris et filii minoris; aut devotione vel ex simplicitate. Prima additio impedit baptismum, secunda non. Si autem fiat diminuendo, aut hoc fit voluntate aut necessitate. In primo casu diminutio impedit baptismum. In secundo pie creditur quod summus sacerdos suppleat, unde talis si moriatur in cimiterio sepeliendus est. Si vero supervivit tunc dubium sub conditione baptizandus esset. Secundum autem ordinem verborum fit mutatio aut transponendo per quod tollitur ordinis rectitudo aut interponendo aliquid per quod tollitur ordo immediationis. Si fiat transponendo, aut ergo fit ex simplicitate et tunc non nocet. Aut ex malicia et tunc nocet, quia non videtur intendere formam ecclesie servare. Si autem fiat interponendo, aut ergo modica est interpositio eo quod secundum usum communem non videtur actum disformare et tunc non nocet. Aut magna eo quod actum eundem distinguit et tunc nocet.
Ad 4 questionem dicendum quod materia sacramenti debet habere naturalem similitudinem ad repraesentandum effectum sacramenti. Aqua autem magis representat gratiam baptismi. Primo quidem ratione diaphanitatis habet aliquid de luce, unde competit gratie baptismi que habet vim illuminativam. Secundo quia ratione humiditatis habet vim ablutivam. Tertio ratione frigiditatis habet vim refrigerandi, unde competit baptismo qui refrigerat ardorem fomitis. Quarto ratione communitatis quia potest ab omnibus haberi, unde convenit baptismo qui est sacramentum necessitatis. Ad 4 questionem dicendum quod mixtio aque aut est talis quod non tollit speciem sed alterat accidentaliter, sicut si parum de liquore admisceatur vel cum transit per venas vel lapidem vel per mineras sulphureas, et in talibus potest fieri baptismus. Aut tamen quod solvit speciem, ut si multum de aliquo liquore vel alia re misceatur, et in talibus non fit baptismus. Et huius signum est si recedatur a termino raritatis et densitatis aque. Nam sicut ex figura cognoscitur diversitas specierum in animalibus, sic ex diversitate rari et densi vel in elementis. Ad 6 questionem dicendum quod immersio non est de necessitate baptismi sed ablutio, quocumque modo vel per aspersionem vel per effusionem vel per immersionem potest fieri baptismus, quamvis consuetudo ecclesie patitur vel necessitas inducit, sive propter aque penuriam sive propter infirmitatem baptizandi sive propter impotentiam baptizantis. Cum tamen fit immersio, convenit trina immersio ad exprimendum fidem trinitatis et triduanam sepulture domini. Quia vero non significat aliquem effectum baptismi, non est de necessitate sacramenti. Unde si omittatur nihilominus baptismus est, licet graviter peccarent consuetudinem ecclesie omittentes. Ad 7 questionem dicendum quod multipliciter fuit institutio baptismi. Primo quantum ad materiam in baptismo Christi. 2o quantum ad necessitatis determinationem, Jo. 3: Nisi quis renatus fuerit etc. 3o quantum ad usum cum misit apostolos baptizare, Mt. ult. 4o quantum ad efficaciam in passione. 5o quantum ad eius divulgationem in gentes ultimo. Ad 8 questionem dicendum quod secundum Hugonem tria tempora distinguuntur. Primum quo sola circumcisio suffecit ad iustificationem, quod durat ab Abraham usque ad primam baptismi institutionem, scilicet cum dominus dixit: Nisi quis renatus fuerit etc. Secundum quo solus baptismus celebratur ad salutem, quod incepit a tempore divulgationis evangelii et durat usque ad finem mundi. Tertium scilicet medium quo simul currebant circumcisio et baptismus. Circumcisio quidem ut finiretur, baptismus vero ut confirmaretur. Et ideo circumcisio usque ad passionem Christi debebat sumi quia adhuc erat viva. A tempore autem passionis usque ad divulgationem evangelii potuit observari cum legalibus ex reverentia, ita tamen quod spes in ea non poneretur. Unde apostoli leguntur legalia quedam observasse, ut patet Act. IX de Paulo qui circumcidit Timotheum, non tamen tenebantur servare quia iam erat mortua. A tempore autem evangelii divulgati non observare debebant nec potuerunt quia iam mortifera erant.

Secundo queritur primo utrum sacramenta imprimant caracterem, et videtur quod non. Caracter est quoddam signum distinctivum, significat. Sed distinctio membrorum Christi ab aliis fit per eternam predestinationem, que non ponit aliquid in predestinato sed solum in deo predestinante, ergo etc. Praeterea sicut per sacramenta nove legis distinguuntur fideles ab infidelibus, ita per sacramenta veteris legis, non imprimebant aliquem caracterem, ergo etc. Contra. 2a Cor. 1: Qui signavit nos et dedit nobis pignus spiritus in cordibus nostris. Sed nihil importatur ad caracter quam quandam signationem, ergo videtur quod deus per sacramenta sua caracterem suum nobis imprimat. Iuxta hoc queritur utrum caracter sit in potentia anime vel in essentia eius. Item utrum in potentia cognitiva vel affectiva. Item utrum caracter sit indelebilis. Item utrum Christus habuit caracterem. Item utrum in omnibus sacramentis imprimatur caracter. Item utrum baptismus deleat omnem penam. Item utrum pueri in baptismo consequantur gratiam et virtutes. Item utrum convenienter attribuantur baptismo isti effectus qui sunt incorporatio, illuminatio, fecundatio, ianue apertio. Item utrum fictio impediat effectum baptismi. Item utrum amentes, furiosi et dormientes baptizandi sint. Item utrum convenienter dicantur tria baptismata, scilicet fluminis, flaminis et sanguinis. Respondeo dicendum ad 1 questionem quod sacramenta nove legis ordinantur ad duo, scilicet ad remedium contra peccatum et ad perficiendum animam in hiis que pertinent ad cultum dei secundum ritum christiane vite. Quicumque autem ad aliquid certum deputantur consueverunt ad illud designari, sicut milites qui ascribebantur ad militiam antiquitus solebant aliquibus caracteribus insigniri, eo quod deputabantur ad aliquid corporale. Et ideo cum homines deputentur per sacramenta ad aliquid spirituale pertinens ad cultum dei, conveniens est quod fideles aliquo spirituali caractere signentur. Sed in modo ponendi ipsum in anima diversimode dicunt diversi. Quidam enim dicunt quod iste caracter sit quoddam signum, relationem quandam importat tamen. Sed quia relatio que importatur in hoc signo non potest immediate fundari super essentiam anime naturalem, ideo oportet aliquid poni in anima super quo fundatur talis relatio, et hoc est essentia caracteris, unde non est relatio tantum. Et ideo alii dicunt quod cum caracter importet quandam significationem seu figurationem, figura autem est in quarta specie qualitatis, ideo et caracter est in 4a specie qualitatis. Sed cum figura sit quedam quantitatis terminatio, que proprie loquendo non est nisi in rebus corporeis, non autem in spiritualibus nisi methaphorice, ergo nec hoc habet veritatem. Et ideo alii dicunt quod est in 3a specie qualitatis, eo quod sensum spiritualem quendam inferat passionem, ornando animam et decorando. Sed nec hoc potest stare, eo quod in 3a specie qualitatis non sunt nisi passibiles qualitates. Caracter autem non est ad sensibile. Et ideo alii dicunt quod est in prima specie qualitatis. Sed est quasi medium inter habitum et dispositionem. Magis enim est difficile mobilis quam habitus. Sed neque est ultimum perfectum ad genus dispositionis quantum ad dispositionem. Sed nec hoc stare potest quia secundum philosophum in 2o Ethicorum habitus est quo bene nos ad passiones habemus vel male. Dispositio enim est quidam habitus incompletus. Et ideo alii dicunt quod sicut deus est, sacramenta caracterem imprimunt, magis per ea deputamur cultui divino secundum ritum sancte religionis. Et ideo caracter est quoddam sigillum quo anima insignitur ad suscipiendum vel tradendum aliis ea que sunt divini cultus, qui in quibusdam actibus consistit. Ad actum autem proprie ordinantur potentie sicut essentia ordinatur ad esse. Et ideo caracter importat quandam spiritualem potestatem ordinatam ad ea que sunt divini cultus.
Ad primum ergo dicendum quod fideles Christi ad premium future glorie deputantur signaculo predestinationis divine. Sed ad actus convenientes presenti ecclesie deputantur quodam spirituali signaculo eis insignito quod caracter vocatur. Ad 2 dicendum quod sacramenta veteris legis non habebant in se spiritualem effectum et ideo non in eis requirebatur aliquis spiritualis caracter. Ad 2 questionem dicendum quod essentia anime est subiectum naturalis potentie que vel est ipsi essentie vel ex principiis essentie procedit. Caracter autem est potentia spiritualis ab extrinseco adveniens. Et ideo sicut essentia anime per quam naturalem vitam homo percipit per gratiam que spiritualis

virtutem anima in potentia naturali anime per characterem spiritualem potentia que est
character. Ad 3 q. dicendum quod sicut dictum est character
ordinatur ad ea que sunt divini cultus qui est fidei pro-
testatio per signa exteriora. Et ideo oportet quod sit in potentia co-
gnitiva anime in qua est fides. Ad 4 q. dicendum
quod anima qualitercumque varietur per diversas operationes non
tamen characterem amittit. Sicut nec crisma nec oleum
nec panis consecratus nisi quando consecrationem amittit
Deinde non comparatur quia non magis anime compa-
ratur anima ad impressionem characteris sustinendam
quam oleum et crisma et panis ad suam sanctificationem.
Ad 5 q. dicendum quod Christus nullum characterem habuit
quia ipse habuit potestatis plenitudinem in sacramentis quasi ea
constituens et eis efficaciam prebens. Unde sicut potuit
inducere effectum sacramenti sine sacramento aliquo exteriori
ita et sine sacramento interiori. Ad 6 q. dicendum quod sicut
supra dictum est sacramenta nove legis ad duo ordinantur scilicet in
remedium peccati et ad cultum divinum. Est autem sacra-
mentis omnibus commune quod per ea exhibetur aliquod reme-
dium contra peccatum in quantum gratiam conferunt. Non autem omnia
sacramenta ordinantur directe ad divinum cultum sicut patet in
penitentia per quam non exhibetur aliquid de novo homini ad
divinum cultum pertinens sed restituitur in gradum pristinum.
Pertinet autem ad sacramentum ad divinum cultum tripliciter.
Uno modo per modum actionis. Alio modo per modum agentis.
Tertio modo per modum recipientis. Per modum quidem actionis
pertinet ad divinum cultum eucharistia. Et per hoc sacramentum
non imprimitur homini character quia per hoc sacramentum non
ordinatur homo ad aliquid ulterius agendum vel re-
cipiendum in sacramentis. Cum ipsum sit consummatio et fi-
nis omnium sacramentorum. Ad agentes autem in sacramentis
sacramentum ordinis pertinet quia per hoc sacramentum deputantur
homines ad sacramenta aliis tradenda. Sed ad recipi-
entes pertinet sacramentum baptismi quia per hoc homo acci-
pit potestatem recipiendi alia sacramenta. Et ad
idem etiam ordinatur confirmatio ut supra dictum est.
Et ideo per hec tria sacramenta imprimitur character scilicet per
baptismum confirmationem et ordinem. Ad 7 q.
dicendum quod in qualibet generatione per introductionem forme
omnis forma contraria cum sua dispositione expellitur.
Nisi quandoque relinquitur dispositio contraria ex indispositione
recipientis. Baptismus autem est quedam regeneratio
in vitam gratie et glorie. Unde omne illud tollit

quod ab hac vita excludit vel retardat. Ab
hac autem vita excludit peccatum mortale tam
originale quam actuale. Et ideo baptismus aufert
hoc. Similiter et veniale quod etiam est deformitas retardat a
vita glorie licet per indispositionem sibi aliquid relin-
quatur cum possit stare cum gratia baptismali. Pena
etiam triplex est. Quedam eterna que omnino excludit a vita
hac et hanc tollit. Quedam temporalis pro peccato debi-
ta et hec retardat a vita. Unde post mortem
quis punitur per eam. Hanc etiam tollit. Quedam
vero temporalis contracta nascendo et hec a vita
non retardat. Unde hanc non statim tollit. Tollit
autem hanc cum homo est in gloria in qua omnis
penalitas aufertur. Ad 8 q. dicendum quod secundum
quosdam pueris in baptismo non dantur gratie et virtutes
sed solum ab originali peccato mundantur. Sed contra hoc
est quod si pueri post baptismum morerentur non sal-
varentur. Cum sine gratia et virtutibus non sit salus.
Et ideo alii dicunt quod insunt in eis virtutes non
ex speciebus sed in sua radice scilicet gratia et hoc propter li-
gationem potentiarum. Sed contra hoc est quod ligatio potentiarum
non impedit habitum sed actum. Alias dormientes
et vinolenti habitus non haberent. Et ideo alii di-
cunt quod dantur pueris in baptismo gratie et virtutes
quo ad habitum sed deerit illis propter ligatam pu-
eritiam qua recedente inclinantur ad bene
operandum nisi aliquis resistat spiritui sancto. Ad 9 q.
dicendum quod per baptismum aliquis regeneratur in spiritualem vitam
que est propria fidelium Christi. Vita autem non est nisi
membrorum capiti unitorum a quo sensum et motum
suscipiunt. Et ideo necesse est quod per baptismum aliquis
incorporetur Christo quasi membrum ipsius. Sicut autem a
capite naturali derivantur in membra sensus et motus
ita a capite spirituali quod est Christus derivantur ad
membra eius sensus spiritualis qui consistit in
cognitione veritatis et motus spiritualis qui consistit
sive qui est per gratie instinctum. Et ideo baptizati
illuminantur a Christo per cognitionem veritatis et fecun-
dantur fecunditate bonorum operum per gratie infusionem.
Aperit etiam baptismus ianuas regni celestis inquantum per infu-
sionem gratie amovetur impedimentum quo quis a regno
celesti impeditur. Scilicet culpa et pena ut supra
dictum est. Ad X q. dicendum quod sicut Damascenus dicit. Deus non

cogit hominem ad iustitiam. Et ideo ad hoc quod aliquis
iustificetur per baptismum requiritur quod voluntas ho-
minis amplectatur baptismum et baptismi effectum.
Dicitur autem aliquis fictus per hoc quod voluntas eius
contradicit baptismo vel eius effectui. Unde manifestum
est quod fictio impedit effectum baptismi. Sicut autem cor-
pus grave cum gravitas sit eius forma accipit effectum
forme scilicet quod movetur deorsum nisi sit aliquid prohibens
quo remoto incipit moveri deorsum. Ita quis
in spirituali generatione in baptismo accipit caracterem
quasi formam et consequitur proprium effectum qui est gratia
remittens omnia peccata. Impeditur autem per fictionem
qua remota per penitentiam statim baptismus consequitur
suum effectum. Ad XI q. dicendum quod nulli statui
preclusa est via salutis etiam nec etati. Unde cum
in pueris sit peccatum originale per quod a consecutione
eterne salutis impediuntur. Necesse est eis adhi-
beri remedium scilicet baptismum qui est remedium contra hoc.
Furiosis autem et amentibus si perpetuum est impe-
dimentum idem est sicut in pueris. Si autem non est
perpetuum et habent lucida intervalla et desiderant
debent baptizari. Nisi ante amentiam contradixerint baptismo
quia tunc non debent baptizari. Similiter est de dormien-
tibus sicut notatur. Ad 12 q. dicendum quod baptismus
aque efficaciam habet a passione Christi sicut a prima
causa. Causa autem semper precedit effectum nec dependet
ab eo. Et ideo preter baptismum aque potest aliquis conse-
qui sacramenti effectum ex passione Christi inquantum quis ei
conformatur pro Christo patiendo. Et dicitur baptismus
sanguinis. Et eadem ratione aliquis per virtutem spiritus sancti
consequitur effectum baptismi inquantum spiritu sancto movetur
ad credendum et diligendum deum et ad penitendum
de peccatis. Unde dicitur baptismus penitentie sive flaminis.
Horum autem precipuus est baptismus sanguinis inquantum
passio Christi a qua efficaciam habet excellentius
in ipso operatur scilicet per operis imitationem. Sed in baptismo
aque per quandam figuralem representationem. In
baptismo flaminis per quandam affectionem.

Post hoc sciendum. Hic queritur primo utrum
Christus secundum quod homo habuerit potestatem operandi
interiorem effectum sacramentorum. Et videtur quod sic. Christus dicit
ut sciatis quia filius hominis habet potestatem dimit-

tendi peccata. Glossa etc. Preterea maius est impendium Christi
quam invocatio nominis eius. Sed ad invocationem nominis
dabatur baptismus et remissio peccatorum in primi-
tiva ecclesia. Glossa etc. Contra quod solius dei est
non convenit Christo inquantum homo. Sed dimittere peccata est huiusmodi.
ut patet per ysaiam 43. Ego sum qui deleo iniquitates
tuas propter me. Glossa etc. Iterum hic queritur utrum Christus po-
testatem suam quam in sacramentis habuit ministris
communicare potuit. Item utrum non ordinatus
possit baptizare. Item utrum peccator baptizando
Item utrum peccet mortaliter. Item utrum angelus
possit baptizare. Responsio dicendum ad 1 q. quod triplex
est potestas sacramentorum operandi interiorem effectum.
Una scilicet auctoritatis et hec est solius dei qui auctoritate
propria interiorem effectum. Una scilicet auctoritatis et
hec est solius dei sacramentorum operatur. Unde hac
auctoritate Christus secundum quod homo non potuit in-
teriorem effectum sacramentorum conferre. Alia est
potestas ministerii que competit dispensatoribus
sacramentorum in quibus divina virtus salutem secrete
operatur. Tertia que inter has dicitur media et
dicitur potestas excellentie et hanc Christus habuit
specialiter in sacramentis. Et consistit in quatuor. Primo quia
a virtute sua sive passionis sacramenta efficaciam
habuerunt. 2o in hoc quod sine sacramentis effectum
sacramentorum conferre potuit. 3o in hoc quod sacramenta pro
libito suo instituit. 4o in hoc quod ad invoca-
tionem sui nominis sacramenta ad tempus conferebantur.
Ad primum igitur dicendum quod non intendit per hoc dicere quod
inquantum filius hominis peccata dimitteret. Sed quod filius
hominis esset deus qui peccata dimitteret. Ad 2
dicendum quod hoc quod ad invocationem nominis eius confere-
batur remissio peccatorum pertinet ad plenitudinem
potestatis sive excellentie ut dictum est. Ad
2 q. dicendum quod Christus in sacramentis habuit duplicem
potestatem. Unam auctoritatis que competit ei inquantum
deus quam nulli creature communicare potuit
sicut nec essentiam divinam. Aliam excellentie que competit
ei secundum quod homo. Et hanc ministris conferre potu-
it vel communicare dando eis tantam gratie plenitu-
dinem ut eorum meritum cooperaretur ad sacramen-
torum effectum. Ut scilicet ad invocationem nominis ipsorum
conferrentur sacramenta. Et ut possent sacramenta instituere

et sine eis sacerdos effectum conferre. Ad 3 q. d. quod ad ministrum eius qui vult omnes homines salvos fieri pertinet ut in eis que sunt de necessitate salutis homo de facili remedium inveniat. Inter omnia autem sacramenta maioris necessitatis est baptismus qui est regeneratio hominis in vitam spiritualem. unde ut homo circa remedium tam necessarium defectum non patiatur institutum est ut materia baptismi sit communis scilicet aqua. Et minister baptismi sit quicumque sive ordinatus sive non ordinatus. sive baptizatus sive non baptizatus. sive vir sive mulier. sive bonus sive malus. Pertinet tamen ad ordinem sacerdotalem secundum quandam congruentiam non de necessitate. unde si laicus absque necessitatis articulo baptizaret peccaret quidem. sed tales non essent rebaptizandi. Est etiam advertendum quod ubicumque maior est aliquis vel in maiori ordine non debet minor facere aliquid usque ad sacerdotem qui potest etiam coram episcopo baptizare.

Ad 4 q. patet responsio cum conclusione. Ad 5 q. d. quod secundum philosophum in libro ethicorum peccat qui operatur non secundum quod oportet. Est autem conveniens ut sacramentorum minister conformetur domino. secundum illud levitici. sancti estote quoniam ego sanctus sum. Et ideo mali exhibentes se ministros dei et ecclesie in dispensatione sacramentorum peccant. Peccant hoc vero peccatum quod pertinet ad irreverentiam dei et contaminationem sacramentorum. quantum est ex parte ipsius peccatoris. non tale peccatum ex genere suo est peccatum mortale. Ad 6 q. d. quod malus minister aut est precisus ab ecclesia aut non. Si est precisus tunc peccat ab eo suscipiens sacramentum nisi in necessitate in qua posset a quocumque suscipere. Si autem non sit precisus ab ecclesia non peccat ab eo accipiens sacramentum nisi per actum suum peccato consentiret. Ad 7 q. d. quod angelis bonis non est collata potestas baptizandi. tum quia non habent convenientiam in natura cum christo qui est auctor sacramentorum. tum quia non sunt nobis in promptu et ideo in necessitate baptismi per hoc non subvenirent. Si tamen baptizarent aliquos non essent rebaptizandi quia non facerent nisi sibi concessum esset. De malo autem si contingeret rebaptizandi essent. tum quia potestatis convenientia deesset. tum quia non est credibile quod tantam salutem procuraret sed potius decipere voluisse videretur.

Circa secundum queritur primo. utrum pueri in maternis uteris possint baptizari. et videtur quod sic. Iohannes enim statim sanctificatus est in via salutis. Sed puer existens in utero cum habeat animam rationalem indiget remedio contra peccatum originale. ergo debet sibi adhiberi per baptismum. Preterea contingit quod aliquam partem pueri primo egredientem et quacumque mortali causa iminet periculum mortis ergo saltem pro illa debet baptizari puero adhuc existente in utero. Contra prius debet esse quod animale est quam quod spirituale ergo etc. Iuxta hoc queritur utrum aliquis possit sanctificari in utero. Item utrum talis baptizandus sit. Item utrum intentio baptizantis requiratur ad baptismum. Item utrum ex parte baptizandi requiratur intentio. Item utrum fides requiratur. Item utrum baptismus possit iterari. Item utrum cathecismus debeat precedere baptismum. Item utrum exorcismus precedere debeat baptismum. Responsio. d. ad 1 q. quod de necessitate baptismi est quod corpus baptizandi aliquo modo aqua abluatur cum baptismus sit quedam ablutio. Corpus autem infantis antequam nascatur ex utero non potest aliquo modo ablui. unde nec baptizari. Nec etiam ablutio baptismalis qua corpus matris lavaretur ad filium in ventre existentem pervenire posset quia anima pueri distincta est ab anima matris. Similiter et corpus pueri animati distinctum est a corpore matris. et ideo baptismus quo mater baptizatur non redundat in prolem in utero existentem. Sed dices mors etiam peior est quam [illegible]. ergo mater est aperienda ut puer eductus baptizetur. Sed non hoc fieri debet quia non sunt facienda mala ut veniant bona. Si tamen mater mortua fuit vivente puero in utero aperiri debet ut puer baptizetur. Ad 2 q. d. quod puer totaliter in materno utero existens non est capax illius remedii per quod secundum legem communem percipitur passionis christi efficacia a qua est remissio peccatorum sicut supra dictum est. Ad 2 d. quod si mors immineat expectanda est totalis egressio pueri ex utero ad baptismum. Si tamen primo caput egrediatur in quo fundamentum sensuum debet baptizari imminente periculo et non est postea rebaptizandus si eum perfecte nasci contigerit. Idem videtur agendum quacumque parte alia egrediente imminente periculo. Videtur tamen quibusdam quod in nulla parte exteriori integritas vite perfecte consistit sicut in capite. unde quacumque alia parte corporis abluta puer post perfectam nativitatem sit baptizandus sub conditione.

Ad 2 q. d. quod sicut deus virtutem suam non alligavit ministris sive naturalibus rebus ita non alligavit virtutem suam sacramentis ut non possit effectum eorum facere sine eis. Utpote sanctificare aliquem in utero matris. Ad 3 q. d. quod illi qui sunt sanctificati in utero matris non consecuti sunt quandam gratiam emundantem a peccato originali. Non tamen per hoc consecuti sunt caracterem quo christo configurentur. Et propter hoc si essent tales deberent baptizari ut per susceptionem caracteris aliis membris christi conformentur. Ad 4 q. d. quod quando aliquid se habet ad multa oportet per aliquid determinari ad unum si illud effici debeat. Ea vero que in sacramentis aguntur possunt diversimode agi. Sicut ablutio aque que fit in baptismo potest ordinari et ad mundiciam corporalem et ad ludum et ad multa alia. Et ideo oportet quod determinetur ad unum scilicet ad sacramentalem effectum per intentionem abluentis. Est tamen circa hoc duplex opinio. Dicunt enim quidam quod requiritur mentalis intentio in ministro de necessitate sacramenti. que si desit non perficitur sacramentum. Hunc autem defectum christus supplet in pueris qui interius baptizantur. In adultis autem fides et devotio. Sed licet hoc possit dici quantum ad ultimum effectum qui est iustificatio a peccatis quantum tamen ad caracterem non potest dici. quia non imprimitur nisi per sacramentum. et non per devotionem accedentium. Et ideo alii dicunt quod minister sacramenti agit in persona totius ecclesie. intentio autem ecclesie exprimitur in verbis que proferuntur. Et hec intentio sufficit ad perfectionem sacramenti. nisi contrarium exterius exprimatur ex parte ministri et recipientis sacramentum. Ad 5 q. d. quod de necessitate sacramenti non requiritur intentio ex parte baptizandi quia sine ea fieri potest. Requiritur tamen per accidens in adulto ne obicem ponens fictus accedat. Sed differentia quantum ad suscipiendum rem sacramenti. scilicet gratiam requiritur contritio et devotio in adultis. Sed ad percipiendum sacramentum tantum scilicet caracterem sufficit intentio vel voluntas suscipiendi quod ecclesia confert. non tamen explicite sed implicite scilicet in verbis ecclesie. Ad 6 q. d. quod ex parte baptizantis non requiritur fides sicut dictum est. Sed ex parte baptizandi requiritur fides si debet rem sacramenti suscipere non autem requiritur ad caracterem quia sacramentum percipit etiam si non credit. quia ad hoc sufficit sola intentio suscipiendi quod ecclesia confert. In pueris autem sufficit sola fides ecclesie ad utrumque. Ad 7 q. d. quod baptismus non iteratur quia baptismus generatio quedam est. Cuiuslibet autem rei una tantum generatio est. Item propter christum qui semel mortuus est cui conformatur. Item quia datur contra originale peccatum quod non iteratur. Item si iteraretur provocaret ad peccatum cum deleat culpam et penam. Item quia imprimeret caracterem qui manet indelebilis. Ad 8 q. d. quod sicut dictum est baptismus est sacramentum fidei cum sit quedam professio fidei christiane. Ad hoc autem quod aliquis fidem accipiat requiritur quod de fide instruatur. unde baptismum convenienter precedit cathecismus. per quem docentur et erudiuntur ad quod credendum de pluralitate omnes tenentur. sicut est fides trinitatis et incarnationis et passionis et divini iudicii et providentie dei de factis hominum. Ad 9 q. d. quod quicumque opus aliquid intendit facere prius impedimenta removet sicut oportet. Nunc autem diabolus est hostis humane salutis quam homo per baptismum accipit et ideo convenienter compelluntur demones ante baptismum per exorcismum ne salutem hominis impediant. quam quidem compulsionem significat insufflatio. benedictio autem cum manus impositione precludit expulso viam redeundi. Sal autem in ore missum aut in aurium sputo linitio significat receptionem doctrine fidei quantum ad aures et approbationem quantum ad nares et confessionem quantum ad os. Oleum vero in unctio significat aptitudinem hominis ad pugnandum contra diabolum.

Nunc de sacramento confirmationis. Hic queritur primo utrum confirmatio sit sacramentum necessarium et videtur quod sic. Dicit enim Rabanus in littera. Omnes fideles per manus episcoporum impositionem accipere debent spiritum sanctum ut pleni christiani inveniantur. esse autem plenum christianum est necessarium de salute ergo etc. Preterea hugo de sancto victore dicit. Omnino periculosum est si quis de hac vita sine confirmatione migraret. ergo etc. Contra sine eo quod est de necessitate salutis non est salus. Sed pueri baptizati salvantur si ante confirmationem moriantur. ergo non est sacramentum salutis. Iuxta hoc queritur utrum crisma sit conveniens materia huius sacramenti. Item utrum sit de necessitate huius sacramenti quod eius materia prius sit consecrata. Item utrum conveniens forma huius sacramenti. consigno te signo crucis etc. Item utrum confirmatio imprimat caracterem. Item

ut caracter confirmationis praesupponat caracterem baptismalem. Item videtur quod gratiam gratum facientem non conferat in hoc sacramento. Responsio dicendum ad 1 quaestionem quod duplex est necessitas salutis: quaedam pertinens ad esse, quaedam ad bene esse. Primo modo baptismus et penitentia sunt necessaria ad salutem: baptismus habentibus originale, penitentia habentibus mortale actuale. Secundo modo confirmatio est necessaria, nec sine ea potest homo salvari. Ad primum ergo dicendum quod Rabanus loquitur autem plenitudine copie non sufficientie que datur in baptismo. Ad 2 dicendum quod periculosum est propter vehementiam temptationis durantis in morte vel propter contemptum sacramenti. Ad 2 quaestionem dicendum quod in hoc sacramento sicut supra dictum est fuit datur spiritus sanctus ad robur spirituale quod competit perfecte etati. Homo autem cum ad perfectam etatem pervenerit incipit communicare actiones suas ad alios. Cum vero quis singulariter sibi vivit ... notandum est quod sacramentum confirmationis initium habuit in adventu spiritus sancti. Licet enim apostoli prius habuerint spiritum sanctum in munere gratie, magis proficiebantur quo ad ea que ad singulares personas eorum pertinebant. Tamen in die penthecostes acceperunt spiritum sanctum quo proficiebantur ad promulgationem fidei in salutem aliorum. Hec autem duo in crismate significantur. In oleo enim designatur gratia spiritus sancti, quod ad fervorem spiritus sancti ... spiritualem ... unde christus dicitur unctus oleo letitie. In balsamo autem admixto significatur fragrantia odoris qui ad alios redundat. Accipitur autem proprie balsamum quod proprium habet odorem, licet alia multa sint odorifera. Ad 3 quaestionem dicendum quod tota sacramentorum sanctificatio a christo derivatur. Christus autem quibusdam sacramentis habentibus materiam corpoream est usus ut est baptismus et eucharistia. Et ideo ex ipso usu christi materie horum sacramentorum aptitudinem accipiunt ad perfectionem sacramenti. Et ideo non est de necessitate horum quod materia prius benedicatur. Si qua autem benedictio adhibeatur pertinet ad sollempnitatem sacramenti. Unctionibus autem visibilibus christus non est usus ne iniuria fieret invisibili unctioni sue. Et ideo tam crisma quam sacramentum oleum infirmorum prius benedicatur quam ad usum sacramenti adhibeatur. Ad 4 quaestionem dicendum quod sicut forma rei naturalis dat ei speciem, ita in forma sacramenti contineri debet quod pertinet ad speciem sacramenti. In hoc autem sacramento datur spiritus sanctus ad robur spiritualis pugne. Et ideo tria sunt necessaria ad hoc sacramentum que continentur in forma. Primum est causa conferens plenitudinem roboris spiritualis scilicet sancta trinitas, quod exprimitur cum dicitur In nomine patris etc. Secundum est ipsum robur spirituale quod homini confertur, quod tangitur cum dicitur confirmo te crismate salutis. Tertium est signum quod pugnatori datur, quod tangitur cum dicitur signo te signo crucis, in quo scilicet rex noster triumphavit. Ad 5 quaestionem dicendum quod per confirmationem imprimitur caracter, huius ratio supra dicta. Ad 6 quaestionem dicendum quod caracter confirmationis ex necessitate supponit caracterem baptismalem, ita quod si aliquis non baptizatus confirmaretur nichil reciperet, sed oporteret ipsum iterato confirmari. Cuius ratio est quia sic se habet confirmatio ad baptismum sicut augmentum ad generationem. Nullus autem potest moveri in perfectam etatem nisi prius fuerit natus. Et similiter nisi aliquis fuerit primo baptizatus non potest recipere sacramentum confirmationis. Ad 1 quaestionem dicendum quod in hoc sacramento sicut dictum est datur spiritus sanctus ad robur sicut apostolis in die penthecostes sicut dicitur actuum 2. Missio autem seu datio spiritus sancti sicut dictum est in primo non est nisi cum gratia gratum faciente, unde manifestum est quod in hoc sacramento gratia gratum faciens confertur.

Circa quaestionem primam videtur quod hoc sacramentum sit dandum omnibus. Et videtur quod non, quia per hoc sacramentum augetur aliquis spiritualiter in perfectam etatem que pueris non competit. Ergo saltem pueris dari non oportet. Preterea sicut dicit papa Melchiades, post baptismum confirmatur ad pugnam. Sed pugnare non convenit mulieribus. Ergo etc. Sed contra Augustinus dicit quod spiritus sanctus replevit totam domum per quam significatur ecclesia, et preterea sequitur Repleti sunt omnes spiritu sancto. Ergo ad illam plenitudinem consequendam datur hoc sacramentum omnibus qui sunt in ecclesia. Ulterius hoc quaeritur utrum dandum sit homini in fronte. Item videtur quod confirmandus tenendus sit ab aliquo. Item utrum solus episcopus sit confirmare. Item videtur quod sacerdotes ex commissione pape possint confirmare. Item videtur quod confirmatio possit iterari. Responsio dicendum ad 1 quaestionem quod sicut dictum est homo movetur spiritualiter per hoc sacramentum in etatem perfectam. De intentione autem nature est ut omnis qui corporaliter nascitur ad perfectam etatem perveniat. Licet hoc aliquando impediatur propter corruptionem corporis quod morte prevenitur. Multo autem magis de intentione dei est omnia ad perfectionem perducere, ex cuius imitatione natura precipit. Quia dicitur ad quam pertinet spiritualis nativitas et spiritualis etatis perfectio immortalis est, et sicut potest tempore senectutis spiritualem consequi nativitatem, ita in tempore iuventutis et pueritie potest consequi etatem perfectam. Et ideo hoc sacramentum omnibus exhiberi debet. Ad primum ergo dicendum quod etas corporalis non preiudicat anime. Unde et in puerili etate potest homo consequi perfectionem spiritualis etatis. Ad 2 dicendum quod corporaliter pugnare non competit mulieri, competit tamen ei spiritualiter pugnare. Ad 2 quaestionem dicendum quod per istud sacramentum accipit homo spiritum sanctum ad robur spiritualis pugne, ut fortiter etiam inter adversarios fidem christi confiteatur. A libera autem confessione nominis christi impeditur quis propter duo, scilicet propter timorem et propter verecundiam, quorum utrumque maxime manifestatur in fronte, nam timentes pallescunt et verecundi erubescunt, ut dicitur 4 ethicorum. Et ideo in fronte signantur crismate ut nec propter timorem nec propter verecundiam nomen christi confiteri omittant. Ad 3 quaestionem dicendum quod in hoc sacramento spiritus sanctus datur ad robur spiritualis pugne, et ideo institutum est ut confirmandus ab aliquo teneatur, ad significandum quod per se in spirituali pugna stare non posset. Nec differt utrum masculus vel femina aliquem in confirmatione teneat, quia in christo Ihesu non est masculus vel femina ut dicitur col. 3. Ad 4 quaestionem dicendum quod quia in agentibus ordinatis principalis effectus perfectionis attribuitur agenti principali. Confirmatio autem est quasi ultima perfectio respectu baptismi, per quem edificatur homo in spiritualem domum. Sed per confirmationem domus edificata dedicatur in templum spiritus sancti. Ideo collatio huius sacramenti episcopis conservatur qui sunt in ecclesia principales vices apostolorum gerentes. Ad 5 quaestionem dicendum quod maioris est continentie unde potest sacerdos omnia facere ex commissione in quo papa eis concedit. Et ideo non potest ordinem sacerdotii conferre ex commissione in quo non concedit eum papa, quia equalem potestatem habet sacerdos super corpus christi verum. Tamen papa potest concedere alicui sacerdoti quod confirmet, quia confirmatio perficit eum in actu communis ministerii respectu cuius habet plenitudinem potestatis. Ad 6 quaestionem dicendum quod sacramentum quod habet effectum semper manentem non potest iterari sine iniuria sacramenti. Est autem sacramentum confirmationis tale, quia in ipso imprimitur caracter indelebilis, et ideo confirmatio non debet iterari.

Post sacramentum baptismi. Hic quaeritur primo videtur quod eucharistia sit sacramentum. Et videtur quod non. Ad idem non debent ordinari diversa. Sed confirmatio secundum dyonisium est ad perficiendum. Cum ergo eucharistia sit ad perficiendum, videtur quod sit superfluum. Preterea omne sacramentum in ipsa sui susceptione perficitur, sicut patet de baptismo qui perficitur in ipsa ablutione. Sed eucharistia in ipsa sui consecratione perficitur maxime. Ergo etc. Contra est quod dicitur in collecta ut hoc tuum sacramentum non sit nobis reatus ad penam etc. Ulterius hoc quaeritur utrum sit unum sacramentum. Item de nominibus huius sacramenti. Item videtur quod agnus paschalis fuit propria figura huius sacramenti. Item videtur quod cibus vel potus precepti impediat susceptionem huius sacramenti. Item videtur quod hec sit conveniens forma consecrationis panis: hoc est corpus meum. Item videtur quod hec sit conveniens forma consecrationis vini: hic est calix etc. Item videtur quod in verbis predictis sit virtus creata effectiva consecrationis. Item videtur quod iste forme mutuo se compatiuntur. Item videtur quod per ipsa verba sine aliis possit fieri sacramentum. Responsio dicendum ad 1 quaestionem quod sacramentum ordinatur ad subveniendum homini in vita spirituali. Hec autem vita spiritualis conformatur vite corporali. In qua corporalia gerunt similitudinem spiritualium. Ad vitam autem corporalem requiritur generatio per quam homo accipit vitam, et augmentum sive alimentum per quod perducitur ad perfectionem vite. Similiter oportuit esse baptismum per quem est spiritualis regeneratio, et confirmationem per quam est augmentum spirituale, et sacramentum eucharistie quod est spirituale alimentum, a quo apparet necessitas institutionis huiusmodi sacramenti. Ad 1 ergo dicendum quod duplex est perfectio in homine: una ad quam ducitur per augmentum, et talis competit confirmationi; alia est quam consequitur homo ex alimento, et talis competit eucharistie. Ad 2 dicendum quod sacramentum dicitur ad eo quod sacramentum continet. Hec autem differentia est inter eucharistiam et alia sacramenta, quia eucharistia ...

continet aliquid sacrum absolute scilicet corpus Christi. Aqua vero
baptismi continet aliquid sacrum in ordine ad aliud scilicet
virtutem sanctificandi, et talis est de confirmatione et de aliis
sacramentis. Et ideo sacramentum eucharistie perficitur in consecratione
materie. Alia vero sacramenta in applicatione materie ad sancti-
ficandum. Ad 2 questionem dicendum quod non solum est unum quod est
indivisibile vel continuum sed quod est perfectum. Sic dicitur
una domus. Est autem unum perfectione ad cuius integri-
tatem concurrunt omnia que requiruntur ad finem eius.
Et sic hoc sacramentum dicitur unum. Ordinatur enim ad spiritua-
lem refectionem que corporali conformatur, ad quam duo
requiruntur scilicet cibus et potus. Et ideo de integritate
huius sacramenti sunt cibus et potus. Et secundum hoc sacramentum
istud est multa materialiter sed unum formaliter et perfecti-
one. Hinc est quod in collecta primo dicitur pluraliter: Pu-
rificent nos quesumus domine etc. et subditur postea in sin-
gulari: Et hoc tuum sacramentum etc. ad designandum
quod hoc sacramentum est quodammodo multa sed unum simpliciter.
Ad 3 questionem dicendum quod hoc sacramentum habet triplicem significationem.
Unam respectu preteriti, scilicet inquantum est commemorativum dominice passionis
que fuit verum sacrificium. Aliam significationem respectu presentis
scilicet ecclesie unitatis cui homines congregantur per hoc sacrificium,
et secundum hoc dicitur communio vel synaxis. Tertiam significationem
habet respectu futuri inquantum est prefigurativum fruitionis dei que erit
in patria, et secundum hoc dicitur viaticum quia prebet nobis
viam illuc perveniendi. Et secundum hoc etiam dicitur eucharistia id est
bona gratia quia gratia dei vita eterna. Ad 4 questionem dicendum
quod in hoc sacramento tria possunt considerari, scilicet panis et vinum
quod est sacramentum tantum, et id quod est res tantum, et effectus sacramenti huius.
Quantum igitur ad id quod est sacramentum tantum potissima figura fuit
oblatio Melchisedech qui obtulit panem et vinum.
Quantum vero ad id quod est res tantum scilicet ipsum corpus Christi fuerunt
figure omnia sacrificia veteris legis. Quantum autem ad effectum
proprie figura eius fuit manna quod habebat in se
omnis saporis suavitatem. Sed agnus paschalis quantum ad
hec tria figurabat hoc sacramentum. Quantum ad primum quia manducabatur cum panibus azimis. Quantum autem ad secundum
quia immolabatur ab omni multitudine filiorum Israel.
Quantum vero ad effectum quia per sanguinem agni paschalis
protecti sunt filii Israel a devastante angelo et educ-
ti de egyptiaca servitute. Et ideo agnus paschalis
ponitur propria huius sacramenti figura. Ad 5 questionem dicendum
quod istud sacramentum impeditur uno modo secundum se sicut per

peccatum mortale. Alio modo per prohibitionem ecclesie, et sic
impeditur aliquis propter potum vel cibum sumptum in pluri-
bus de causis. Primo propter honorem sacramenti ne in os intret
potu vel cibo infectum. Secundo propter significationem scilicet ut detur
intelligi quod res huius sacramenti scilicet Christus vel caritas eius
debet primo fundari in cordibus nostris secundum illud Matthei:
Primum querite regnum dei. Tertio propter periculum vomitus qui
quandoque ex nimio potu contingit. Ab hac tamen generali
regula infirmi excipiuntur qui statim sunt communican-
di si de periculo eorum dubitatur, quia necessitas non habet
legem. Sed quid si aliquis aquam bibat aut me-
dicinam sumat. Ad quod dicendum quod duplex est ieiunium scilicet nature
quod importat privationem precedentis sumptionis per modum cibi vel potus,
et tale requiritur ad hoc sacramentum. Unde post sumptionem
aque vel medicine vel alicuius cibi in quantacumque par-
vitate non licet accipere hoc sacramentum. Reliquie autem
cibi remanentes in ore si transglutiantur non im-
pediunt susceptionem huius sacramenti quia non traiciuntur
per modum cibi sed per modum saliue. Et eadem ratio est de
reliquiis aque vel vini diluendo non in magna quantitate
sed permixte saliue transglutiantur. Aliud est ie-
iunium ecclesie quod instituitur ad carnis macerationem,
et tale ieiunium per predicta non impeditur quia non multum
macerant sed magis ad alimentum sumuntur. Et
quid si quis post mediam noctem per modum cibi vel
potus aliquid sumpserit. Ad quod dicendum quod talis non potest
eadem die sumere sacramentum huiusmodi quia ecclesia diem pre-
cedentem a media nocte dividit. Nec refert an
post cibum vel potum dormierit. Ad 6 questionem dicendum
quod consecratio huius sacramenti consistit in conversione substantie pa-
nis in corpus Christi. Oportet autem formam sacramenti significare
conversionem panis in corpus Christi. In qua tria considerantur,
scilicet ipsa conversio et res a quo et res ad quem. Hec autem
conversio non est successiva sed instantanea, et ideo
non debet significari in fieri sed in facto esse conversionis.
Et quia ipsa conversio exprimitur in hac forma ut
in facto esse, inde est quod extrema conversionis signifi-
centur ut se habent ut in facto esse conversionis. Nec
autem terminus a quo est hic proprium nomen sue substantie, sed aliquo
non manet secundum suam substantiam sed solum secundum accidentia quibus
sensui subiacet. Unde generaliter terminus conversionis a quo
exprimitur per pronomen demonstrativum relatum ad accidentia
que manent. Terminus autem ad quem per nomen significans natu-

ram eius in quod fit conversio quod est totum corpus Christi et non solum
tamen caro eius. Unde et forma est convenientissima: Hoc
est enim corpus meum. Hec autem coniunctio enim apponitur
propter continuationem ad precedentia. Peccaret tamen omit-
tens propter consuetudinem ecclesie. Ad 7 questionem dicendum quod
quidam dixerunt esse de substantia huius forme hoc solum: Hic
est enim calix sanguinis mei. Sed hoc videtur inconveniens
quia ea que sequuntur scilicet novi et eterni etc. sunt quedam determinationes
predicati id est sanguinis, unde sunt de integritate locu-
tionis. Et ideo alii dicunt quod omnia ista verba usque ibi:
Hec quotienscumque feceritis etc. sunt de forma sacramenti.
Sed per prima verba hic est enim calix sanguinis mei signi-
ficatur ipsa conversio vini in sanguinem eo modo quo
dictum est in forma consecrationis panis. Per verba autem se-
quentia designatur virtus sanguinis effusi in passi-
one que operatur in hoc sacramento, que quidem ad
tria ordinatur. Primo ad adipiscendum eternam here-
ditatem, ad quod designandum dicitur novi et eterni te-
stamenti. Secundo ad iustitiam gratie que est per fidem, et quantum
ad hoc subditur mysterium fidei. Tertio ad removendum
impedimenta utriusque predictorum scilicet peccata, et quantum ad hoc
subditur: qui pro vobis et multis effundetur in remissionem peccatorum.
Ad 8 questionem dicendum quod sicut dictum est in questione utrum sacramentum
efficiat gratiam, quia eadem est hic et ibi difficultas et
solutio. Ad 9 questionem dicendum quod forme predicte non expec-
tant se invicem in agendo sicut quidam hoc dixe-
runt. Sed prima perficit suum effectum antequam proferatur secunda.
Ad veritatem enim huius locutionis hoc est corpus
meum requiritur propter verbum presentis temporis quod res id est corpus
significata sint tempore pro quo ipsa significatione locu-
tionis. Si enim in futurum expectaretur res sic
significata diceretur corpus meum hoc erit, et esset po-
tius contra ritum ecclesie que statim post prolationem verborum corpus
Christi adorat. Ad 10 questionem dicendum quod cum ista verba sint
de forma tamen potest fieri consecratio per ea sine aliis quamvis
male faceret qui hoc faceret peccaret. Quamvis quidam
dixerunt quod ad hoc exiguntur verba canonis quod
falsum est cum non fuit semper idem canon apud omnes.

Circa d. 9 queritur primo utrum sit tantum unus modus
manducandi corpus Christi. Et videtur quod sic. Cibus enim
corporalis non manducatur nisi corporaliter, ergo nec spiritualis nisi
spiritualiter. Preterea in baptismo triplex est differentia suscipientium:
quidam enim suscipiunt rem et sacramentum, quidam sacramentum

tantum, quidam rem tantum. Ergo similiter hic debet esse triplex modus.
In contrarium est auctoritas in littera. Iuxta hoc queritur utrum angeli
sumant hoc sacramentum spiritualiter. Item utrum peccator
possit manducare corpus sacramentaliter. Item
utrum infidelis. Item utrum brutum. Item utrum
accedentes cum conscientia mortalis peccati peccent mor-
taliter. Item utrum peccatori petenti hoc sacramentum sit
dandum. Item utrum pollutio nocturna impediat
sumptionem huius sacramenti. Item utrum amentibus sit da-
ndum hoc sacramentum. Responsio ad 1 questionem dicendum quod illud
quod manducatur intra manducantem recipitur. Christus
autem intra nos dupliciter recipitur: uno modo per fidem
et caritatem, et sic dicitur corpus Christi manducari spiritu-
aliter, non ut ipse in nos sed nos in ipsum convertamur. convertamur
Alio modo per suum sacramentum in quo realiter continetur,
et sic dicimus sacramentaliter eum manducare. Et hec
ad spiritualem ordinatur sicut ad effectum, verum quia
effectus sacramentorum haberi possunt sine ipsis propter
scilicet desiderium et fidem, quia deus potentiam suam sacramentis non alli-
gavit. Item sacramenta quandoque recipiuntur sine effectu
propter impedimentum in recipiente. Ideo isti duo modi
manducationis quandoque separatim inveniuntur et ideo
ab invicem distinguuntur. Ad primum igitur dicendum quod ad
cibum corporalem non ordinatur aliquis cibus sicut ad
effectum. Ad spiritualem autem ordinatur sicut ad effectum
cibus sacramentalis. Ad 2 questionem dicendum quod sicut in baptismo
ita potest esse in proposito, scilicet ut hoc sacramentum percipiatur
spiritualiter tantum vel sacramentaliter tantum vel utroque modo simul.
Sed iste tertius modus non differt formaliter sed tantum
materialiter scilicet ex parte suscipientis. Ad 2 questionem dicendum quod
dupliciter contingit corpus Christi manducari spiritualiter. Uno modo
prout in propria specie consistit, et hoc modo angeli mandu-
cant corpus Christi spiritualiter inquantum uniuntur ei fruitione cari-
tatis. Alio modo contingit corpus Christi manducari spiritu-
aliter prout est in speciebus huius sacramenti, scilicet inquantum aliquis
credit in Christum cum desiderio sumendi hoc sacramentum,
et sic non solum est manducare corpus Christi spiritualiter sed
etiam manducare hoc sacramentum, quod non competit angelis.
Ad 3 questionem dicendum quod quidam dixerunt quod statim cum
hoc sacramentum labiis peccatoris tangitur, tunc ... sub
speciebus sacramentalibus desinit esse corpus Christi. Sed hoc
derogat veritati huius sacramenti, ad quam pertinet quod re-
manentibus speciebus corpus Christi sub ipsis esse non desinit.

spes aut manz qdiu durat suba panis ul vi
ni. Si vo esset suba panis supti a priore ma
neret quousqz p calore nalem digerant
vn tam diu cor xpi manet sub spebz supti
a priore. Et io no tm usqz s3 a prior pot
cor p sacramentale manducare. Ad 4. q. dd.
q si infidelis sumat spes sacrales cor xpi
sub sacro sumit vn manducat xpm sa
cramentale. S3 si li sacramentale determinat
verbu ex pte manducantis tunc ipse no man
ducat sacrale quia no utitur eo q accipit
ut sacro. s3 ut simplici cibo n forte inten
deret recipe q ecclia ofert. Ad 5. q. dd. q
si vnus comedis hostia csecratam manducet
no desinit ee suba cors xpi sub spebz q
diu spes ille manent/ nc tn dd. e q aut
brutu sacramentale cor xpi manducet q no
e natu vti sacramento. Ad 6. q. dd. q in
hoc sacro sicut in alijs id quod e sacrm
e signu eius qd e res sacri. Duplex aut e
res hui sacri. vna quide signata et contenta
s. xps. et alia signata et no contenta. s. cor xpi
misticu qd e societas scorum. Quicumqz g hoc
sacrm sumit eo hoc ipo signt se ee xpo et
mbris eius incorporatu qd fit p fidem formata.
quam nullus ht cu pcto morli. Et io quicumqz
cu pcto morli hoc sacrm sumit falsitatem in
hoc sacro cmittit et io sacrilegiu facit
tamq sacramenti violator vn peccat morlr.
Quid aut si sit contritus et no cfessus. Di
cend q si ht copia cfessoris peccat sine co
fessione comunicando quia ad sacrm ecclie re
quirit reconciliatio sm q dcm. Si aut no ha
beat copia cfessoris et iminet necitas cele
brandi ul timet scandalu ul iam incepit mi
sterium sacri ul amisit loquelam. tunc no pec
cat cu pposito cfitendi qn poterit. Si aut no
iminneat necitas nc timz scandalu nc est i
aliquo casu supdcto. peccat tunc. Ad 7. q.
dd. q manifestis pctoribz et penitentibz
no debz sacr cmo dari. Si vo no sunt manife
sti pctores. s3 occulti no pot eis sacr cmo
denegari. Quilibz n. xpianus eo hoc ipo q e

baptiçatus admissus e ad mensam dnicam
n pot ei a quocumqz tolli n pctm manifestu. Pot
tn sacerdos qui e cscius talem occulte mone
ul et in publico omnes gnalr ne ad mensam dni
accedant anteqm peniteant et ecclie recocilient.
Nc q hostia no csecrata dz talibz dari ne sit
occasio ydolatrandi. Ad 8. q. dd. q
ce pollutioez nocturna duo sunt csideranda.
vnu tocius impedit eo necitate ho a sumpti
one hui sacri. s. pctm morle. Et qmuis ipa
nocturna pollutio sm se csiderata no sit pc
catu morle e tn occasio. Quicumqz. n. pueniunt
ex illusione demonu. quicumqz ex precedenti ne
gligentia pparationis ad deuotione que pot
esse ul veniale ul morle. Quicumqz pueniunt
ex nequicia demonu volentiu hoiem ab
hoc sacro impedire. Quicumqz vo pueniunt ex p
cedentibz cogitationibz que quicumqz sunt sine
ci pcto. Puta cu ais cu predicatoris cogitur
de talibz cogitare. S3 si hoc fit sine corrupta
mo ex cogitationes inde pot tn ex hoc
pollutio sequi. Aliqn aut ex supfluitate
cibi ul potus ul debilitate nare que qndz e
sine pcto quicumqz cu pcto. Si pueniunt q ex su
pfluitate cibi et potus pot ee pctm morle
ul veniale. Si g quelibz istaz cauz sit
sine pcto ul cu pcto veniali no ex necitate
impedit susceptioez hui sacri. Si vo sit
in pcto morli impedit ex necitate. Ex q
dam vo cgruencia impedit ipa feditas
corporis vn ppt reuerentia sacri no dz ad altare
accedere n forte tal inmundicia essz diuturna
sicut essz lepra ul fluxus seminis pot hri.
Vl cu hoc impedimento quod ex cogitatione
puenit. puta ppt aliquam necitatem. s. cu dies
festus exigit. vt pro alio q dcere cohibet
ministium cu necitas cpellit. Ad 9. q. dd.
q si sup vsu roris caruerint no e eis hoc
sacrm exhibend. qz in eis deuoto hui sacri
no precessit. Si aut no semp caruerint vsu
roris et pro aliquo tpre qn erunt cpotes mentis
apparuit in eis hui sacri deuoto exhibend
e eis n timeatur piculum vomitus ul exspuitionis.

pueris aut qui iam aliqm vsum roris hre inci
piunt vt possint deuotionez hui sacri percipere
pot hoc sacrm eis conferri.
Unit item alij et. Hic q ppo vtrum totus
xps in sacro altaris contineatur. Et vr
q no. xps. n. incipit ee in hoc sacro p co
uersione panis et vini s3 h no pnt qutn in
diuinitate xpi nc in eius aiam. Cu g diuinitas
et aia sint de totalitate xpo g et.// ppa corpus
alicuius maioris sb minoris qntitate in sba con
tineri no pot s3 panis et vini e mltu minor
mensura q cors xpo g et. Con e qd dicit
ambr in libo de officiis. In illo sacro xps e.
Impo hoc q vtrum sb vtraqz spe totus. s. xps
contineatur. Ite vtrum totus xps sit sub qualibz
pte speiz. Ite vtrum tota qntitas dimensiua
cors xpi sit in hoc sacro. Ite vtrum cor xpi
sit in hoc sacro sicut in loco. Ite vtrum sit in
mobile in hoc sacro. Ite vtrum cor xpi put e
in hoc sacro possit ab occlo in corpe glificato
uideri. Ite vtrum qn in hoc sacro miraculo
lose appet caro ul puer sit ibi vere cor xpi
Ite vtrum in tali apparitione sumi debeat. Resn
dd. ad 1. q. q in hoc sacro xpi duplr aliqd e.
vno m ex vi sacri. s. id e qd directe cuertitur
suba panis et vini. qd signatur p uba forme
q sunt effectiua in hoc sacro sicut in sup dictis
pz. cum dr. hoc e corpus meu. Alio mo ex
nali concomitantia sm q e in hoc sacro illd
qd reali e cunctum ei in qd pdcta cuersio
terminatur. Si. n. aliq duo sunt reali cuncta
vbicumqz e vnu oz et aliud esse. Sola. n. opatoe
aie discernitur q sunt reali cuncta. Ad pm
g. dd. q cuersio panis et vini no terminatur
ad diuinitate ul aiam xpi. et io diuinitas
nc aia xpi e ibi ex vi sacri s3 ex reali
concomitantia. qz diuinitas corpus qd assumpsit
no deposuit. S3 aia in morte reali sepata
fuit a corpe. et io si in illo triduo mortis
hoc sacrm celebratum fuisset no fuisset ibi
aia nc ex vi sacri nc ex reali concomitantia.
Ad 2. dd. q dimensiones panis et vini no
cuertuntur in dimensiones cors xpi. s3 sba in

sbam. Et sic suba cors ul sanguis e in hoc
sacro ex vi sacri no aut dimensiones cors
et sanguis. Ad 2. q. dd. q sub vtraqz spe
sacri totu cor xpi e. alr tn et alr. Sub
spebz enim panis cor xpi e ex vi sacri. san
guis ex nali concomitantia. Sub spebz aut
vini e eco. Si aut tpre passionis et mortis
hoc sacrm celebratu fuisset. sb spebz panis
cor sine sanguine et sub spe vini sanguis si
ne corpe fuisset. Ad 3. q. dd. q sicut ex sup
dictis pz. cor xpi e in hoc sacro p modu sube. i.
p modu quo suba e sub dimensionibz no aut p
modu dimensionu. Cu g tota vo sube sit
sub qualibz pte eius. manifestu e q totu cor xpi
sit sub qlibz pte speiz in hostia manente in
tegra. Et no solu cu frangitur sicut quida dixe
runt ponentes exemplum de ymagine q appet in speculo
q vna appet in speculo integro. in fracto aut
appent due singule in singulis ptibz. qd quide
non e oio sile. qz multiplicatio hui ymaginis
accidit in speculo fracto ppt diuersas reflexio
nes ad diuersas ptes speculi. hic aut no e
n vna csecratio ppt qua cor xpo e in hoc sa
cramento. Ad 4. q. dd. q mo quodi
cumqz libz rei. determinatur sm id qd e rei p se
no aut sm id qd e inest ei p accns. sic
cor e in visu sm q e albu no aut sm
q e dulce. licz idem cor sit albu et dulce.
vn dulcedo e in visu p modu dulcedinis
albedinis no sm modu dulcedinis. qz g ex vi
sacri e in altari sba cors xpo. qntitas aut
dimensiua e ibi concomitanter. ul qi p acci
dens. Ideo qntitas dimensiua cors xpo e in hoc
sacro no sm modu ppriu. s3 p modu sube.
Ex quo ptz q ipa qntitas cors xpo simul e in
eodem cu qntitate panis no solum in toto et
singule ptes in singulis. s3 tota in toto et tota
in qualibz pte q e modus sbe. Ex q et appet q cor
xpo no e in hoc sacro sicut in loco. cu cor locatu
sit in loco sm modu qntitatis dimensiue no
sm modu sbe nc q e ibi diffinitiue qz sic no
essz alibi qm in altari vbi conficitur hoc sacrm.
Sile no e in hoc sacro circumscriptiue qz no

est secundum inquisitionem propriae quantitatis. Et per hoc patet solutio ad 4 quaestionem. Ad 6 q. dicendum quod ad motum duplex per se, scilicet quod est per se in loco. Et sic non movetur corpus Christi in hoc sacramento motu hostiae quia non est ibi per se sed per accidens, scilicet conversionem alterius in ipsum. Aut per accidens et hoc dupliciter. Quoddam enim movetur per accidens quia per accidens est in loco eius quod movetur per se. Sic forma movetur per accidens eo quod per accidens est in loco. Hoc modo Christus movetur motu hostiae. Quoddam vero movetur per accidens quia est ipsi in loco per se sed movetur motu alio sicut quae vehuntur. Hoc modo non movetur corpus Christi motu hostiae. Ad 7 q. dicendum quod sicut dictum est corpus Christi est in hoc sacramento per modum substantiae. Substantia autem inquantum huiusmodi non est visibilis oculo corporali sed solo intellectu cuius est obiectum quod quid est. Et ideo proprie loquendo corpus Christi secundum modum essendi quem habet in hoc sacramento solo intellectu qui dicitur oculus spiritualis percipitur. Sed diversimode a diversis. Quia enim modus essendi quo Christus est in hoc sacramento est spiritualis ideo spirituali a spirituali intellectu scilicet divino secundum se visibilis est. Et per gratiam ab intellectu boni angeli vel hominis comprehensoris. Ab intellectu autem hominis viatoris non potest conspici nisi per fidem sicut et cetera spiritualia. Sed nec intellectus angelicus secundum sua naturalia sufficit ad hoc intuendum. Ad 8 q. dicendum quod duplex est talis apparitio. Quandoque enim contingit ex parte videntium quorum oculi immutantur tali apparitione vel immutatione ac si corporaliter viderent oculus corporis carnem aut sanguinem vel puerum, nulla tamen immutatione facta circa sacramentum. Et ideo non desinit esse Christus tali apparitione facta in hoc sacramento. Quandoque autem talis apparitio speciei quae videtur realiter contingit ex parte non per solam immutationem videntium. Et in hoc casu dicunt quidam quod est propria species corporis Christi. Sed hoc videtur esse inconveniens quia Christus in propria specie non potest esse nisi in uno loco. Est autem in propria loco in caelo. Unde sub specie propria non videtur in hoc sacramento. Praeterea corpus sic apparens quandoque legitur esse inclusum et multorum temporum conservatum in pyxide reservatum quod nefas est de Christo secundum propriam speciem sentire. Et ideo dicendum quod manentibus dimensionibus quae prius fuerunt fit miraculose quaedam mutatio circa alia accidentia, puta figuram colorem et huiusmodi ut videatur caro et sanguis aut etiam puer. Et ideo remanentibus dimensionibus quae sunt fundamentum aliorum accidentium remanet verum corpus Christi in hoc sacramento. Ad 9 q. dicendum quod usus huius sacramenti est manducatio. In tali autem apparitione non habet rationem cibi. Unde ille cui sic apparet non potest sumere sed cui non apparet sumere potest. Si autem omnibus sic apparet reponitur cum reliquiis.

Videtur

Quaeritur circa quod primo utrum in hoc sacramento substantia panis et vini remaneat post consecrationem. Et videtur quod sic. Veritas sacramenti debet esse conformis. Sed in aliis sacramentis substantia materiae manet sicut in baptismo substantia aquae manet, ergo et cetera. Praeterea panis et vinum sumuntur in hoc sacramento inquantum significant ecclesiae unitatem, scilicet prout unus panis fit ex multis granis et unum vinum ex multis racemis. Sed hoc pertinet ad ipsam substantiam panis et vini, ergo et cetera. Contra. Ambrosius in libro de sacramentis dicit: licet figura panis et vini videatur, nihil tamen aliud est quam caro Christi quae post consecrationem dicenda est. Iuxta hoc quaeritur utrum substantia panis post conversionem annihiletur. Item utrum substantia panis convertatur in verum corpus Christi. Item utrum haec conversio sit instantanea. Item utrum sit mirabilior ceteris mirabilibus. Responsio. Dicendum ad 1 q. quod quidam posuerunt post consecrationem substantiam panis et vini in hoc sacramento remanere cum vero corpore Christi. Sed hoc primo impossibile est. Non enim aliquid potest esse alicubi ubi prius non erat nisi per loci mutationem vel per alterius conversionem in ipsum. Sicut in domo aliquid de novo incipit esse ignis aut quia illuc defertur aut quia ibi generatur. Manifestum est autem quod corpus Christi non incipit esse in hoc sacramento per motum localem quia cum simul in diversis locis consecretur, oporteret quod simul ad diversa loca unum numero corpus moveretur et sic contingeret motus contrarios simul eidem inesse quod est impossibile. Et ultimo sequeretur quod corpus Christi non esset in caelo quia quod localiter movetur non pervenit de novo ad aliquem locum nisi deserat priorem. Unde relinquitur quod non possit aliter corpus Christi esse de novo in hoc sacramento nisi per conversionem substantiae panis et vini in ipsum. Quod autem convertitur in aliud facta conversione non manet, ergo et cetera. Contradicit etiam hoc positio veritati sacrae scripturae. Non enim verum est dicere: hoc est corpus meum. Ad primum ergo dicendum quod in aliis sacramentis non est ipse Christus realiter sicut in hoc sacramento. Et ideo licet in aliis sacramentis substantia materiae remaneat, non tamen in isto. Ad 2 dicendum quod species quae remanent in sacramento sufficiunt ad significandum huius sacramenti quia per accidentia cognoscitur ratio substantiae. Ad 2 q. dicendum quod cum in motu denominetur actio ad quem, cum ergo conversio panis terminetur ad corpus Christi reale, non potest dici quod facta conversione substantia panis annihiletur. Ad 3 q. dicendum quod non resolvitur ad materiam praeiacentem, tamen quia vel oporteret quod ibi maneret quod primum est, quod esse non potest quia conversionem includit, vel ita quod resolveretur in elementa materialia, quod et esse non potest quia si illa elementa manerent in eodem loco oporteret quod sub istis speciebus esset aliud corpus quam corpus Christi, et quod illud corpus elementale vel materiale esset simul cum dimensionibus panis. Si autem non maneret in eodem loco oporteret quod localiter moveretur ab illo loco. Sed cum motus localis sit successivus oporteret quod illud materiale elementum moveretur ab illo loco prius quantum ad unam partem hostiae quam ad aliam. Sed conversio haec fit in instanti. Unde sequeretur unum inconveniens istorum. Quod si hoc fieret ante consecrationem, aliquando sub aliqua specie non esset corpus Christi nec substantia panis nec verum aliquod quia iam abscessisset ab illa parte. Si autem fieret simul cum consecratione, aliquando sub eadem parte hostiae esset corpus Christi et materiale elementum quod est impossibile. Et ideo non potest dici quod resolvatur in praeiacentem materiam. Ad 4 q. dicendum quod potentia est quod substantia panis convertitur in corpus Christi verum. Cum enim Deus sit actus purus, totum agit quod est in re. Nec enim praesupponit potentiam, scilicet facere totum hoc individuum determinatum hic. Et talis modus conversionis est in hoc sacramento quia ex hoc pane fit corpus Christi, materia scilicet panis fit materia corporis Christi et forma substantialis panis fit forma illa quae est forma substantialis corporis Christi, et ideo haec conversio transsubstantiatio dicitur. Ad 4 q. dicendum quod haec conversio fit in instanti quia non est de facto ex parte agentis nec dispositio contraria successive removenda, nec etiam magis vel minus respicientis quod tamen faciunt mutationem successivam. Ad 6 q. dicendum quod difficultatem in motu est considerari duplex, scilicet vel ex parte termini a quo vel ex parte termini ad quem vel ex parte distantiae terminorum ad invicem. Primo modo mirabilior est creatio. 2o modo panis in corpus Christi conversio. Tertio modo Christi incarnatio est mirabilior quam quaelibet alia mutatio. Unde ipsa est mirabilium omnium. Creatio enim est de non ente simpliciter; conversio mensuratur actu prius non communis (?). Incarnatio vero est unio infinite distantium.

Quia autem quaeritur et cetera. Hic quaeritur primo utrum materia huius sacramenti debeat esse panis et vinum. Et videtur quod non. Hoc enim sacramentum perfectius debet repraesentare passionem Christi quam sacramenta veteris legis. Sed magis convenienter repraesentant illam passionem Christi quam panis et vinum, ergo et cetera. Praeterea hoc sacramentum ubique est celebrandum. Sed in multis locis non inveniuntur panis et vinum, ergo et cetera. Contra. Hoc sacramentum institutum est in nutrimentum spirituale. Nutrimentum vero humanum secundum communem consuetudinem praecipue in pane consistit et vino, ergo et cetera. Iuxta hoc quaeritur utrum requiratur determinata quantitas panis et vini ad materiam huius sacramenti. Item utrum debeat esse solum panis triticeus. Item utrum panis azymus. Item utrum vinum vitis. Item utrum aqua admisceri debeat materiae huius sacramenti. Item utrum Christus corpus et sanguinem suum sumpserit. Item utrum Iudae dederit. Item utrum corpus suum passibile discipulis dederit. Responsio. Dicendum ad 1 q. quod panis et vinum sunt materia conveniens huius sacramenti. Quod patet primo quantum ad usum huius sacramenti qui est manducatio. Sicut enim aqua sumitur in sacramento baptismi ad usum spiritualis ablutionis, quia corporalis ablutio communiter fit in aqua, ita pane et vino et aqua communiter homines reficiuntur et assumuntur in hoc sacramento ad usum spiritualis manducationis. 2o quantum ad passionem Christi in qua sanguis a corpore est separatus. Et ideo in hoc sacramento quod est memoriale dominicae passionis seorsum sumitur panis ut sacramentum corporis et vinum ut sacramentum sanguinis. 3o quantum ad effectum consideratum in unoquoque sumentium quia est secundum Ambrosium tuitio corporis et animae. Et ideo caro Christi sub specie panis pro salute corporis, sanguis vero sub specie vini pro salute animae offertur. 4o quantum ad effectum respectu totius ecclesiae quae constituitur ex diversis fidelibus sicut panis ex diversis granis et vinum ex diversis uvis. Ad 1 q. dicendum quod licet carnes animalium occisorum expressius repraesentent passionem Christi, tamen minus competunt ad communem usum sacramenti et ad ecclesiae unitatem significandam. Ad 2. dicendum quod licet non in omnibus terris nascatur triticum et vinum, de facili tamen ad omnes terras deferri potest quantum sufficit ad usum sacramenti. Nec propter defectum alicuius est unum tantum sine altero conficiendum quia non esset perfectum sacramentum. Ad 2 q. dicendum quod secundum quosdam sacerdos non possit consecrare immensam quantitatem panis et vini, puta totum panem quod venditur in foro aut totum vinum quod est in dolio. Sed hoc non videtur esse verum quia in omnibus habentibus materiam determinatio materiae sumitur ex ordine ad finem. Sicut materia serrae est ferrum ut sit apta sectioni. Finis autem huius sacramenti est usus fidelium. Unde oportet quod quantitas materiae huius sacramenti determinetur per comparationem ad usum fi-

delin. Non autem potest esse quod deferatur pro comparatoribus ad usum fidelium qui nunc occurrit. alioquin sacerdos huius parrochianos non posset consecrare multas hostias. unde relinquitur quod materia huius sacramenti determinetur pro comparatoribus ad usum fidelium absolute. Numerus autem fidelium est indeterminatus. unde non oportet dicere quod quantitas huius materie sit determinata. Ad 3. q. dicendum. quod ad usum sacramentorum assumitur talis materia que invenitur conveniens vel communis. Sed omnes utuntur communiter pane triticeo. nam alii panes non fuerunt introducti nisi in defectum huius panis. Et ideo Christus creditur in huiusmodi panis specie instituisse hoc sacramentum. Quia et panis communis significat effectum huius sacramenti. quia plus ceteris hominem confortat. De spelta vero dicunt quidam quod confici possit propter significantiam eiusdem speciei que cum triticeo videtur esse. Sed quia unum quod alio non nascitur ubicumque seminatur manifestum est non esse eiusdem speciei unde non potest huius sacramenti materia esse. De pane vero mixto advertendum est quod si tanta est additio quod species tritici solvatur vel ad medium reducatur non potest. Si vero non tanta. potest quidem sed tutius est quod non fiat. De pane vero corrupto si non est plene corruptus sed in via ad corruptionem confici potest. peccaret tamen hoc faciens. Et si teneatur donec corrumpatur desinit esse corpus Christi. Ad 4. q. dicendum. quod non est de necessitate sacramenti quod sit panis azimus vel fermentatus. quia in utroque confici potest. Sunt enim super hoc diverse ecclesiarum consuetudines. Conveniens est autem ut unusquisque servet ritum ecclesie sue in celebratione sacramenti. unde sicut peccat sacerdos in ecclesia latinorum celebrans de pane fermentato. ita peccaret presbiter grecus in ecclesia grecorum celebrans de pane azimo. Ad 5. q. dicendum. quod de solo vino vitis potest confici hoc sacramentum. primo quia Christus in vino vitis hoc sacramentum instituit secundum illud Luc. 22. amodo non bibam etc. 2o quia ipsum vinum dicitur secundum quod comparatur ad vinum vitis. 3o quia vinum vitis magis competit effectui huius sacramenti qui est spiritualis letitia. vinum enim letificat cor hominis. De aceto autem consecrari non potest. quia differt specie a vino. comparatur

enim ad vinum sicut mortuum ad vivum sicut dicit mech. 1. nec de agresta sicut quia nondum attingit terminum transmutationis quod probat eius acerbitas. Sed de musto potest confici. Est enim eius dulcedo signum eius maturationis. propter impuritatem tamen debet caveri ne aliquid non possit haberi. Ad 6. q. dicendum. quod aqua debet misceri vino puro. primo quia hoc non traditur Christum fecisse secundum consuetudinem terre. 2o ad significandum a latere Christi aquam cum sanguine profluxisse. 3o quia congruit ad significandum effectum huius sacramenti qui est unio populi christiani ad Christum. Est autem advertendum quod appositio aque ad vinum non est de necessitate huius sacramenti quia rem contentam non significat. sed potius refertur ad significandum participationem huius sacramenti a fidelibus. Usus autem fidelium non est de necessitate huius sacramenti sed aliquid consequens ad sacramentum. hoc ipsum enim quod de latere Christi pendentis in cruce aqua profluxit significat ablutionem peccatorum que fiebat per passionem. Et ideo parum semper est ponendum de aqua. quia si tanta fieret appositio aque quod solveretur species vini non perficeretur sacramentum. unde papa [illegible] reprehendit quosdam qui pro modo linteum masto [illegible] per totum annum servant et in tempore sacrificii aliquam partem eo lavant et sic conficiunt.
Ad 7. q. dicendum. quod quidam dicunt quod Christus corpus et sanguinem suum discipulis tradidit non ipse sumpsit. Sed hoc non videtur conveniens dici. quia Christus ea que ab aliis observanda instituit ipse primo observavit unde prius baptizari voluit quam aliis baptismum imponeret. unde et ipse primus corpus suum et sanguinem sumpsit et postea discipulis tradidit.
Ad 8. q. dicendum. quod Hylarius ponit quod Christus corpus suum et sanguinem Jude non dedit et hoc quidem conveniens fuit considerata malitia Jude. Sed quia Christus fuit exemplum iustitie non conveniebat eius magisterio ut Judam occultum peccatorem sine accusatore vel evidenti probatione ab aliorum communione separaret ne per hoc daret exemplum prelatis ecclesie similia faciendi et ipse Judas ex desperatione sumeret occasionem peccandi. Et ideo dicendum quod corpus Christi et sanguinem cum aliis sumpsit. Ad

9. q. dicendum. quod corpus Christi secundum quod in propria specie videbatur erat passibile secundum quod passionem perferebat. Si voluit corpus Christi idem quod in specie sacramenti videbatur erat passibile. Inpassibili tamen modo erat sub specie sacramenti quod in se erat passibile sicut erat invisibile quod in se erat visibile. Corpus enim Christi quod est sub sacramento non comparatur ad ea que circumstant mediantibus dimensionibus specierum scilicet panis et vini et ideo species ipse sunt que patiuntur et moventur non autem corpus Christi.
Queritur quod primo videtur quod in hoc sacramento maneat accidens sine subiecto. et videtur quod non. Impossibile est quod diffinitio rei ab ea separetur. sed ad diffinitionem accidentis pertinet quod sit in subiecto. ergo etc. Preterea accidentia individuantur ex subiecto. Si igitur accidentia remanerent in hoc sacramento sine subiecto. non erunt individua sed universalia et per consequens non erunt sensibilia sed intelligibilia quod falsum est. In contrarium est quod dicitur communiter. Iuxta hoc queritur utrum quantitas dimensiva in hoc sacramento sit subiectum aliorum accidentium. Item utrum species que remanent in hoc sacramento possint immutare aliquid extrinsecum. Item utrum possint corrumpi. Item utrum ex eis possit aliquid generari. Item utrum possint nutrire. Item utrum in hoc sacramento frangatur corpus Christi. Item utrum species frangantur. Responsio dicendum. ad 1. q. quod accidentia panis et vini que sensu deprehenduntur et que remanent post consecrationem non sunt sicut in subiecto in substantia panis et vini quia non remanet. Nec etiam sunt in substantia corporis Christi quod humanum nullo modo potest affici huiusmodi accidentibus vel actibus. nec etiam sunt in aere circumstante sicut in subiecto. quia aer non est huiusmodi accidentium susceptivus. 2o quia accidentia non migrant de subiecto in subiectum. 3o quia cum aer non percutitur propriis sic haberet accidentia propria et aliena. Et ideo dicunt quidam quod accidentia in hoc sacramento manent sine subiecto cuius rationem assignant quia causa prima plus influit super effectum quam causa secunda ipsa secunda causa unde quando causa secunda removet influentiam suam a causato adhuc potest remanere influentia cause prime in causato. Et ideo ablata substantia que est causa 2a accidentium poterit deus qui est causa prima accidentia in esse conservare. Sed ista ratio non videtur valere. valet enim propter secundum idem genus cause. deus autem et substantia

non habent se per modum cause prime et secunde secundum idem genus cause. Substantia enim est causa materialis accidentium sive subiectiva quod deo nullo modo competit sed magis est causa effectiva. Sed dicetur. deus cum sit causa totius esse et virtutis cunctis rebus potest effectus producere in esse et conservare. Quia aliqua causa unde effectus materialis causare producit sine causis materialibus sicut corpus humanum formavit in corpore virginis sine virili semine. Sed nec hoc videtur valere. causa enim efficiens est quod certam effectus eius et ideo sine talibus potest deus effectus producere. Causa autem formalis sive materialis sunt de essentia rei. alio et alio modo. et ideo sine hiis rem producere est implicare contradictoria quod deus facere non potest. Cum igitur subiectum pertineat aliquo modo ad essentiam accidentis eo quod ponatur in diffinitione sua accidentis. enim esse est inesse. non videtur ergo quod deus possit facere accidens sine subiecto etc. Quidam ideo videntur quod non est diffinitio accidentis esse in subiecto. sed esse quia esse accidentis competit esse in subiecto. In hoc autem sacramento datur accidentibus quod sint sine subiecto non ex vi sue essentie sed ex divina virtute. Sed ad hoc hoc obviat philosophus in 7 metaphysice ponit accidens in eodem genere substantie cum substantia propter analogiam unius ad alterum non potest autem analogia substantie et accidentis esse penes accidentalia corporis quia sit de essentia accidentis et substantie secundum se non habet idem philosophus dicere. Et ideo verum non videtur esse quod inesse subiecto non sit de diffinitione accidentis cum tota analogia accidentis ad subiectum penes inesse subiecto attendatur. Preterea si attenderetur analogia in accidentibus non aliter diceretur diffinitio accidentis et substantie quod falsum est. cum philosophus 7 metaphysice loquens de diffinitione univoce et potissime dicat accidens non habere diffinitionem nisi a substantia. et ideo subiectum est de diffinitione accidentis. et ideo qui aufert illud ab accidente aufert ab eo eius essentiam. sicut auferens ab urina signum sanitatis aufert ab ea rationem sanitatis. unde et philosophus 7 metaphysice dicit quod accidens non est ens sed entis. Preterea si inesse subiecto non est de essentia accidentis poterit ipsa essentia accidentis intelligi preter inherentiam ad subiectum. sic autem esse videtur differre ab essentia. nisi dicatur quod

includit possibilitatem inherendi subiecto. Sic nec
per hoc ab eorum distingui potest. cum hoc non aliud
quam quandam relationem importat per quam non potest
Ad 6 questionem dicendum quod annexa sunt spiritualibus temporalia vel antecedenter ut vasa sacra in quibus ministrantur spiritualia, et hec si habito respectu ad formam consecrationis carius vendantur symonia est. Si autem habito respectu ad materiam metalli vendi possunt sed non prius secularibus nisi in massam redacta ne sacra a non sacris tractentur. Similiter ius patronatus ex quo spiritualia conferuntur non licet vendi per se, nec infeudum dari cum fundo quando venditur ob tale ius quod esset symonia. Item quedam sunt que sunt spiritualibus annexa per consequens ut perceptio decimarum et huiusmodi beneficia que consequuntur ex officio ecclesiastico et hec licet vendere quantum ad fructum percipiendum non quantum ad ius spirituale. Item quedam dicuntur annexa spiritualibus per concomitantiam ut labor annexus spiritualibus officiis. Et tunc autem est tale ad quod aliquis homo tenetur et tunc accipere pecuniam pro eo est symonia. Sic si episcopus pecuniam impetret de dedicatione ad quam tenetur tamen. Secus tamen est de procuratione modica secundum formam. Si autem est tale aliquid ad quod aliquis non tenetur et tunc vel spirituale autem intendit ponere sub pretio et sic est symonia, aut non sed pro stipendio laboris et sustentamento vite sicut sepe ut sacerdos conductitius et sic licet.

Ad 8 questionem dicendum quod triplex est munus scilicet a manu ut cum datur et de tali symonia iam habitum est. Vel a lingua et hoc duplex vel quod in actu lingue consistit ut laus et preces, vel quod ex lingua initium sumit ut ex pactato favoribus quod oritur ex eo quod quis precibus satisfacit. Certum autem est quod qui dat aliquod pro laude et favore symoniam committit. Sed de precibus est distinguendum quia cum intuemur preces ob alicuius promotionem aut promovetur ad dandum spirituale

ratione consanguinitatis quod pro indigno et tunc est symonia tunc scilicet vel movet favor vel propter carnalem contemplationem. Si autem pro digno fiat preces non reputatur symonia. Si autem movet ratio spiritualis vel bonitas vel paupertas vel scientia vel ecclesie necessitas symonia non est. Item ab obsequio et tunc si est obsequium spirituale pro quo confert beneficium ut obsequium capellani vel magistri non est symonia vel temporale et tunc distinguitur quia vel est honestum ut quia innuit pro eo bonum ut vita honesta vel huiusmodi et tunc habito respectu ad personam dignitatis non est symonia. In hiis enim omnibus venditur spirituale quia favor laus preces et obsequium sunt loco pretii.

Unum autem sacramentum etc. Hic queritur primo

Utrum matrimonium sit de iure naturali. Et videtur quod non.

Ysidorus enim in libro ethymologiarum dicit: ius naturale est quod natura omnia animalia docuit. Sed in aliis animalibus est coniunctio sexuum sine matrimonio, ergo etc. Preterea naturalia eadem uniformiter sunt apud omnes. Sed matrimonium non eodem modo est apud omnes nam pro diversis legibus diversimode celebratur, ergo etc. Contra in principio digestorum dicitur: Ius naturale est maris et femine coniunctio quam nos matrimonium appellamus, ergo. Iuxta hoc queritur utrum matrimonium sit sub precepto. Item utrum actus matrimonialis semper sit peccatum. Item utrum sit meritorius. Item utrum matrimonium sit sacramentum. Item utrum conferat gratiam. Item utrum carnalis copula sit de integritate matrimonii. Item utrum matrimonium bene diffiniatur in littera cum dicitur quod est coniunctio maritalis viri et mulieris inter legitimas personas individuam vite consuetudinem retinens. Item quare magis denominatur a matre quam a patre. Responsio.

Ad 1 questionem dicendum quod aliquid dicitur naturale vel quia causatur ex naturali necessitate ut motus ignis sursum et sic matrimonium non est naturale nec aliquid eorum que mediante libero arbitrio complentur. Vel ad id quod natura inclinat et per liberum arbitrium perficitur sic dicuntur actus virtutis naturales. Et sic matrimonium est naturale quia ratio naturalis ad ipsum inclinat dupliciter. Primo quantum ad eius finem principalem scilicet bonum prolis. Non enim quidem natura non solum intendit prolis generationem sed et promotionem ad debitam perfectionem hominis in quantum homo qui est status virtutis. Unde secundum philosophum in ethicis tria a parentibus habemus scilicet esse nutrimentum et disciplinam. Filius autem a parentibus est

duci et instrui non potest nisi habeat certos et determinatos parentes quod non esset nisi per obligationem viri ad mulierem determinatam quam matrimonium facit. Secundo quantum ad finem secundum qui est mutua societas et obsequium in rebus domesticis. Sicut enim ratio naturalis ad certam vitam inclinat quia unus homo indiget auxilio alterius, unde etiam homo dicitur esse naturaliter politicus. Sic etiam inclinat ad quandam societatem viri ad mulierem, quia inter opera quibus indigemus quedam pertinent magis ad virum quedam magis ad mulierem.

Ad 1 dicendum quod ius naturale dicitur vel a natura generis vel a natura speciei. Primo modo coniunctio maris et femine est communis omnibus animalibus et naturalis. Alio modo coniunctio matrimonialis est de iure naturali in solis hominibus. Natura enim communiter inclinat ad filiorum procreationem non tamen eodem modo. Quedam enim fetus geniti mox se sufficiunt et ideo non est amplius cura parentum ad illos. Quibusdam sufficit cura matris et hiis sola mater intendit. Quibusdam est necessaria cura utriusque sed ad parvum tempus ut in avibus. Sed in hominibus et ideo requiritur huius obligatio ad invicem.

Ad 2 dicendum quod licet inclinatio nature sit eadem apud omnes non tamen effectus qui dependent ex libero arbitrio.

Ad 4 questionem dicendum quod natura inclinat ad aliquid dupliciter. Uno modo ad id quod est necessarium ad perfectionem unius et talis inclinatio quemlibet obligat quia naturales perfectiones omnibus sunt communes. Alio modo inclinat ad aliquid quod est necessarium ad perfectionem multitudinis et cum multa sint huiusmodi quorum unum impedit aliud ideo ex tali obligatione non obligatur quilibet per modum precepti, alias quilibet teneretur ad agriculturam et huiusmodi officia que sunt necessaria communitati humane. Sed satisfit inclinationi nature cum per diversos diversa compleantur de predictis. Unum autem ad perfectionem communitatis sit necessarium aliquos vite contemplative deservire quam maxime per matrimonium impeditur. Inclinatio nature non obligat ad matrimonium per modum precepti.

Ad 3 questionem dicendum quod supposito quod natura corporalis sit a deo bono instituta impossibile est dicere quod ea que pertinent ad conservationem nature corporalis sicut actus matrimonialis et huiusmodi sit universaliter mala. Et ideo cum inclinatio nature sit ad prolis procreationem, propter quam natura speciei conservatur impossibile est dicere quod actus quo procreatur proles sit universaliter illicitus. Nisi ponatur quod res corporales corruptibiles creatae

sint actus male, quod habitum est. Ad 4 q. dicendum quod nullus actus a deliberata voluntate procedens est indifferens. Actus vero matrimonialis semper est vel peccatum vel meritorius. Si enim ad ipsum coitus inducat vel iustitie ut debitum reddat vel religionis ut proles ad cultum dei procreetur est meritorius. Si autem libido moveat sistens intra bona matrimonii scilicet ut nullo modo ad aliam accedere vellet tunc est peccatum veniale. Si autem extra bona matrimonii efficitur ut scilicet cum quacumque muliere liceret ire facere proponeret est peccatum mortale. Ad 5 q. dicendum quod de ratione sacramenti est ut aliquod sacrum significet et remedium prebeat contra morbum peccati. Hec autem duo matrimonio conveniunt. Significat enim coniunctionem Christi et ecclesie et unitatem humane nature et divine in Christo. Prebet quoque remedium contra morbum concupiscentie ex peccato relictum. Sed duplex est remedium: quoddam curativum, quoddam preservativum. Primum confertur in aliis sacramentis, secundum in isto. Unde merito inter sacramenta nove legis ponitur. Ad 6 q. dicendum quod ubicumque datur divinitus aliqua facultas, dantur et auxilia quibus homo coadiuvatur ut possit facultate illa uti. Sic omnibus potentiis anime aliqua organa quibus in actum exire possunt. Unde cum ex matrimonio detur homini facultas ex divina institutione utendi uxore sua ad prolis procreationem datur et gratia qua id convenienter facere potest. Ad 7 q. dicendum quod duplex est rei perfectio: una que pertinet ad esse rei, prout forma dicitur perfectio rei; alia que pertinet ad operationem. Primo modo carnalis copula non est de integritate matrimonii, quia sine hoc habet esse perfectum ex sua materia et forma. Secundo modo est de eius perfectione, nam carnalis copula est quidam usus matrimonii. Ad 8 q. dicendum quod matrimonium describitur hic per quadruplicem causam, scilicet formalem que est coniunctio. Item per materialem cum dicitur viri et mulieris etc. Item per efficientem cum dicitur maritalis, id est maritali consensu contracta. Item per finalem cum dicitur individuam vitam etc. Inseparabilitas est bonum matrimonii; bonum autem rationem finis habet. Ad 9 q. dicendum quod hoc sacramentum dicitur matrimonium propter finem eius quod est bonum prolis, ad quam mater propinquius se habet quam pater, quia prolem concipit et nutrit. Item vocatur coniugium propter causam eius formalem que est coniunctio. Item dicuntur nuptie a nubendo propter velamen quod super capita nubentium ponitur.

[S]ecundo queritur primo: videtur quod consensus per verba de presenti expressus sit causa matrimonii. Et videtur quod non. Causa enim mutabilis non facit effectum stabilem. Sed consensus voluntatis maxime est mutabilis et matrimonium maximam habet stabilitatem, ergo etc. Preterea sicut in matrimonio fit obligatio per verba exprimentia consensum, ita in aliis contractibus. Sed in hiis non differt utrum per verba de presenti vel de futuro fiat obligatio, ergo etc. Preterea Crisostomus: matrimonium non facit coitus sed voluntas. Iuxta hoc queritur utrum per verba de presenti sine consummatione fiat matrimonium. Item utrum alter coniugum post carnalem copulam altero invito possit ad religionem transire. Item utrum ante carnalem copulam possit. Item utrum promissio futurarum nuptiarum convenienter dicatur sponsalia. Item in quibus casibus sponsalia dirimantur. Item utrum bigamia causet irregularitatem. Item utrum per baptismum tollatur irregularitas bigamie. Item utrum in bigamo liceat dispensare. Responsio: dicendum ad 1 q. quod cum sacramentum sit invisibilis gratie visibilis forma, oportet quod quodlibet sacramentum habeat humanum aliquid scilicet sensibile et aliquid divinum scilicet auctoritatis instituentis. Que autem geruntur et utili[...] substituendo interiore sola voluntate eorum non possunt tamen [...] voluntate viri ad alterum nisi concurrente auctoritate [...] divina. Est et ibi aliquid humanum scilicet consensus, quia enim in matrimonio fit quidam contractus eo quod transfertur potestas viri in alterum, oportet quod fit ibi consensus mutuus. Unde non sufficit ibi actus interior cum sacramentum sit de rebus sensibilibus, et ideo requiritur expressio eius per verba de presenti non de futuro, quia per verba de futuro non significatur contractus in presenti sed promittitur in futurum, nec per hoc fit matrimonium, quia in sacramentis verba efficiunt quod significant. Ad 1 ergo dicendum quod matrimonium non habet immobilitatem ex parte consensus qui est causa proxima sed ex divina auctoritate que est causa prima. Ad 2 dicendum quod etiam in aliis contractibus per verba de futuro non transfertur potestas rei sive in alterum sed solum per verba de presenti sicut et hic. Ad 3 q. dicendum quod sicut se habet ablutio exterior ad baptismum ita se habet expressio verborum ad hoc sacramentum. Unde sicut si aliquis ablutionem exteriorem reciperet non intendens recipere sacramentum sed ludum vel dolum facere non esset baptizatus, ita expressio verborum sine interiori consensu matrimonium non facit. Est autem advertendum quod

si aliquis probatur per verba de presenti in aliquam consensisse, cogitur per sententiam excommunicationis ut habeat eam in uxorem. Nec valet si dicat consensum mentalem defuisse, quia postquam contraxit cum aliqua consensu mentali verbo expresso, quia ecclesia iudicat secundum ea que foris apparent. Sed ille debet potius excommunicationem sustinere quam ad priorem uxorem redire, vel debet ad remotas partes fugere. Ad 3 q. dicendum quod nullus potest oblationem facere de alieno. Unde cum per matrimonium consummatum iam sit corpus viri sub [potestate] uxoris, non potest absque consensu ipsius corpus ipsum offerre per continentie votum nec econverso. Ad 4 q. dicendum quod matrimonium habet inseparabilitatem, unde non solvitur nisi per mortem. Sicut autem duplex est coniunctio matrimonii, scilicet carnalis per commixtionem corporum et spiritualis per consensum animorum, sic est duplex mors illi correspondens, scilicet spiritualis que est per ingressum religionis et corporalis. Unde sicut matrimonium per carnalem copulam consummatum per mortem corporalem finitur ut patet Ro. 7, ita quamdiu matrimonium in coniunctione spirituali consistit tollitur per mortem spiritualem scilicet per religionis ingressum. Sed duplex est religiosorum ingressus, quorum quidam consistit in vestium assumptione tantum, alius in professione tacita vel expressa. Cum hoc secundo aliquis moritur mundo. Unde per hunc modum solum tollitur matrimonium. Et ideo usque ad hoc tenetur alter alterum expectare, et si interim cum alio contraxit non valet. Si autem sit professus ante tempus a iure taxatum, idem iudicium est quod de voto simplici de quo infra dicetur. Ad 5 q. dicendum quod ad matrimonium coniunctos sponsio futuri matrimonii non de necessitate precedit matrimonium sed de congruitate. Et hec promissio convenienter a spondeo sponsalia nominatur. Fit autem hec promissio quandoque absolute et hoc multis modis. Primo per verba de futuro ut cum dicit accipiam te. 2o datis arris ut pecunia vel huiusmodi. 3o anuli subarratione. 4o interveniente iuramento. Quandoque autem sub conditione, et hoc tribus modis. Primo modo sub honesta conditione ut accipiam te si parentibus meis placet, et tunc stante conditione stat promissio, aliter non. 2o sub conditione contraria bonis matrimonii ut accipiam te si venena paraveris sterilitatis; tunc sponsalia non contrahuntur. 3o sub conditione inhonesta non tamen bonis matrimonii contraria ut si furibus meis consenties,

tunc stat promissio sed tollenda est conditio. Tempus contrahendi sponsalia est in fine septennii quando ratio incipit vigere, propterea quod ad ea que ad quam natura inclinat. Ante vero non tenent nisi in quibusdam ratio usum magis acceleraret. Quia vero votum nondum est firmatum, ideo tempus hoc nondum est aptum pro tanto vinculo matrimonii vel professionis. Ad 6 q. dicendum quod sponsalia dirimuntur octo casibus. Primo cum alter intrat religionem. 2o cum alter ad terram longinquam se transfert. 3o cum alter infirmitatem incurrit que matrimonium reddet onerosum, ut lepram, paralisim et huiusmodi. 4o cum intervenit affinitas, scilicet ut si sponsus consanguineam sponse cognoscat. 5o quando mutuo se absolvunt. 6o quando alter in fornicationem labitur. 7o quando impedit defectus etatis. 8o quando alter contrahit cum alia per verba de presenti. In primo et ultimo dirimuntur ipso facto. In aliis requiritur iudicium ecclesie. Ad 7 q. dicendum quod per sacramentum ordinis fit aliquis sacramentorum dispensator. Unde nullum oportet habere defectum in sacramentis quorum dispensator est. quando non est integra significatio matrimonii. Bigamus autem patitur defectum in sacramento matrimonii; non enim significatur ibi unitas Christi et ecclesie. Unde per bigamiam redditur quis ineptus ad ordinem sacrum, et hec indispositio irregularitas dicitur. Causat autem bigamia irregularitatem septem modis. Primo cum quis simul sive successive habet plures uxores de iure. 2o cum habet plures simul, unam de iure, aliam de facto. 3o cum successive habet plures eodem modo. 4o cum quis viduam a marito cognitam duxit; secus esset si virgo esset relicta. 5o cum contrahit cum corrupta ab alio sive sciens vel ignorans. 6o qui priorem uxorem cognoscit sciens postquam ab alio cognita est. 7o qui post votum solempne continentie contrahit de facto. Ad 8 q. dicendum quod opinio fuit quod sicut per baptismum tollitur defectus peccati qui est maxime gratie, ita irregularitatis. Sed hoc non est verum, quia secundum Augustinum baptismus solvit culpas et non solvit coniugia. Unde cum ex ipso coniugio sequatur irregularitas et quedam ineptitudo ad executionem sacri quod accidit sine peccato, per baptismum tolli non potest. Ad

q. dicendum quod bigamie non est adiuncta irregularitas de iure naturali sed de positivo. Et ideo papa potest dispensare in tali irregularitate totaliter. Sed episcopus quoad minores ordines et secundum quosdam etiam quoad maiores in illis qui voluerunt se subire in religione propter intranditum difficiliorum religiosorum. Est etiam advertendum quod si bigamus ad ordines accedit recipit caracterem quia non est de essentialibus ordinis quod aliquis non sit bigamus.

Sequitur de etc. hic

queritur primo utrum iuramentum adiunctum consensui per verba de futuro faciat matrimonium. Et videtur quod sic. Nichil potest obligare hominem ad hoc quod faciat contra ius divinum. sed non observare iuramentum est contra ius divinum. ut patet. 22. q. 4. redde ... iuramenta tua. ergo iuramentum verbis de futuro additum et si post intime-mat consensus cum alia de presenti expressus est implendum. Si autem non esset, tale iuramentum matrimonium faceret. Preterea verba de futuro simpliciter faciunt sponsalia ultra que non est nisi matrimonium. ergo etc. Contrarium dicitur in littera. Iuxta hoc queritur utrum carnalis copula post verba de futuro consensum exprimentia faciat matrimonium. Item utrum consensus per verba de presenti in occulto expressus faciat matrimonium. Item in quid sit ille consensus qui facit matrimonium. Item utrum consensus coactus esse possit. Item utrum coactio cadat in constantem virum. Item utrum impediat matrimonium. Item utrum pater possit compellere filium ad matrimonium contrahendum. Responsio dicendum ad 1. q. quod iuramentum est confirmatio quarumdam eorum quibus additur. unde per iuramentum ea confirmantur que per dictum confirmantur ut non fiant irrita. In verbis autem de futuro non erat aliquid quod actualiter faceret matrimonium sed solum obligatio ad matrimonium. unde iuramentum additum non facit matrimonium sed obligationem ad matrimonium reddit firmiorem. Ad 1. ergo dicendum quod iuramentum illicitum implere non est de iure divino. Iuramentum autem promissorium in matrimonio additum factum est illicitum per sequentem contractum qui fit per verba de presenti. quia matrimonio coniunctus non potest aliud matrimonium contrahere. unde ideo non tenetur. Ad 2. dicendum quod iuramentum operatur aliquid ad verba simpliciter de futuro non novam obligationem faciens sed factam confirmans.

unde gravius peccat qui eam violat. Ad 2. q. dicendum quod carnalis copula post verba de futuro consensum exprimentia non facit matrimonium in foro conscientie si consensus interius desit. Sed quantum ad iudicium ecclesie facit matrimonium quia in exteriori iudicio secundum ea que foris sunt et patent iudicatur. unde cum nichil possit expressius significare consensum quam carnalis copula secundum iudicium ecclesie ideo ipsi sequentes sponsalia matrimonium facere iudicantur nisi aliqua signa expressa doli vel fraudis appareant. Ad 3. q. dicendum quod sicut in baptismo si omittuntur que non sunt de essentia sed de solempnitate nichilominus sacramentum est. licet omittens sine causa legitima gravius peccet. sic est in matrimonio. De essentia enim matrimonii sunt persone legitime ad contrahendum quarum mutuus consensus per verba de presenti quasi forma. unde si aliquod istorum desit non est matrimonium. Alia sunt de solempnitate. unde si desint ut in matrimonio clandestino non tollunt matrimonium licet contrahentes sic sine causa legitima peccent. prohibentur enim huiusmodi matrimonia propter pericula que evenire solent. et quia continent aliquam speciem turpitudinis. Ad 4. q. dicendum quod sicut se habet carnalis copula ad matrimonium ita ad consensum matrimonialem. Carnalis autem copula non est de essentia matrimonii. sed potius ad hanc ordinata. Nam per matrimonium unus coniugum potestatem accipit alium carnaliter cognoscendi. unde consensus in matrimonium est consensus in potestatem carnalis copule. Effectus autem implicite continetur in causa. unde consensus causans matrimonium est consensus in carnalem copulam implicite sed in potestatem explicite. Ad 5. q. dicendum quod coactio est duplex. una simpliciter et absoluta scilicet quando ille qui violentiam patitur nichil agit. sed tantum patitur ut cum unus ab alio impellitur. et hec non cadit in voluntate. Et sic consensus qui actus voluntatis non potest esse coactus. Alia conditionata vel mixta. quia consensus non fit involuntarius simpliciter. sed involuntarium consideratis particularibus conditionibus. sicut cum nauta proicit merces in mari ne submergatur. et hec in voluntate cadere potest. Ad 6. q. dicendum quod coactio quando in voluntate cadit diversimode movet constantem et inconstantem et pertinacem. Propter quod sciendum quod ad hoc quia constans ratione sequens sapit quod per quod dimittendum vel faciendum est. unde metu maioris mali eligit minus malum non autem maius malum metu minoris

mali. Sed inconstans movetur ad maius malum propter metum minoris mali. scilicet ad peccatum propter metum corporalis pene. Sed pertinax etiam non cogitur etiam ad minimum malum. unde constans est medius inter inconstantem et pertinacem. 2o differunt quia constans non nisi ex forti extimatione gravis periculi imminentis movetur. Inconstans autem levi coniectura. Sunt autem maiora inconvenientia que possunt movere sapientem. sicut ea precipue que pertinent ad periculum vel proprie persone vel sue coniuncte. unde metus talium potest cadere in constantem virum. huiusmodi autem sunt metus mortis et cruciatus corporis. stupri et servitutis. Ad 7. q. dicendum quod si consensus sit coactus coactione que potest cadere in constantem virum impedit matrimonium. non solum si verba consensum exprimentia sint extorta. sed etiam si interior consensus sit extortus per coactionem. Cum enim vinculum matrimonii sit perpetuum id quod perpetuitati repugnat matrimonium tollit. talis autem coactio perpetuitatem tollit contractus quia secundum iura coactio sic competit restitutionem in integrum. Nec sufficit ad matrimonium consensus alterius voluntatis quia cum matrimonium sit relatio fundatur in utroque extremorum. unde dicitur quod matrimonium non claudicat. Ad 8. q. dicendum quod cum in matrimonio sit quedam quasi perpetua obligatio. pater non potest cogere filium ad matrimonium per preceptum cum sit libere conditionis. Sed potest eum inducere ex causa rationabili. Et tamen sicut se habet filius ad illam causam ita se habet ad preceptum patris. ut si causa illa cogat de necessitate vel honestate quod preceptum filium cogat alias non.

Consequenter queritur primo utrum error per se impediat matrimonium. Et videtur quod non. Illud enim impedit matrimonium de sua natura quod est contrarium matrimonio. sed error non est contrarius matrimonio cum non contrarietur bonis matrimonii. ergo etc. Preterea inter liam et iacob fuit matrimonium. sed ibi fuit error. ergo etc. Contrarium est in littera. Iuxta hoc queritur utrum quilibet error impediat matrimonium. Item utrum possit esse matrimonium ex consensu alicuius in aliquam propter aliquam causam inhonestam. Item utrum beata virgo debebat virginitatem vovere. Item utrum debuit esse matrimonio iuncta. Item utrum matrimonium eorum fuit perfectum. Responsio ad 1. q. dicendum quod quicquid impedit causam de necessitate impedit effectum. consensus autem est causa matrimonii.

et ideo quod evacuat consensum evacuat matrimonium. Consensus autem est actus voluntatis qui presupponit rectitudinem rationis quam error evacuat. et ideo de iure naturali error impedit matrimonium. Ad primum ergo dicendum quod quamvis non contrarietur secundum se matrimonio contrariatur tamen ei quantum ad causam suam. Ad 2m dicendum quod matrimonium quod fuit inter iacob et liam non fuit perfectum ex ipso concubitu qui ex errore contigit sed ex consensu qui postmodum accessit. tamen uterque excusatur a peccato ut patet in littera. Ad 2. q. dicendum quod non quilibet error matrimonium impedit. sed tantum error eorum que matrimonio sunt essentialia. Pertinet autem matrimonio essentialiter ipse persone contrahentes maritaliter et potestas invicem utendi formaliter. unde error persone quia repugnat primo matrimonium impedit. Error vero conditionis qui repugnat 2o impedit etiam matrimonium quia servus non potest potestatem sui corporis libere tradere alteri sine consensu domini sui. Error vero qualitatis utpote nobilitatis fortitudinis sive et fortune ut divitiarum vel dignitatis vel alicuius huiusmodi non impedit quia hec omnia accidentaliter se habent ad matrimonium. Sed advertendum est quod error nobilitatis vel aliud huiusmodi potest contingere dupliciter. Si enim consensus feratur in personam per se directe error de nobilitate ipsius non impedit matrimonium. Si autem directe intendit consentire in filiam regis que cum sit alia si alia presentetur ei quam filia regis est error persone et impedit matrimonium. Ad 3. q. dicendum quod causa finalis matrimonii potest accipi dupliciter. per se et per accidens. Per se autem causa finalis matrimonii est ad quam matrimonium de se ordinatur et hec sunt bona. et cetera scilicet procreatio prolis et vitatio fornicationis. Sed per accidens sunt fines ipsius est hoc quod contrahentes intendunt ex matrimonio. Et quia hoc quod ex matrimonio intendit adipisci consequitur et priora et posteriora non variant sed econverso. ideo ex illa causa non recipit matrimonium bonitatem vel malitiam sed ipsi contrahentes quorum finis est per se. Et quia cause per accidens sunt infinite ideo infinite tales cause possunt esse matrimonii. quarum sunt quedam honeste quedam inhoneste. Ad 4. q. dicendum quod in beata virgine debuit apparere illud quod perfectionis fuit. Virginitas enim quamvis in se sit optima tamen tempore illo matrimonium ei preferebatur propter expectationem benedictionis seminis per

generationem venturi. Et ideo beata virgo vovit virginitatem tamquam optimam, sed sub conditione honesta, scilicet nisi deus aliter ordinaret. Non hanc conditionem apposuit quia dubitaret an vellet virgo permanere, sed an deberet. Ad 4 q. dicendum quod conveniens fuit matrem Christi matrimonio esse iunctam, tum propter hostes Christi, scilicet ut partus dyabolo celaretur, et ne mater lapidaretur, et ut Ioseph matri et puero obsequeretur et testimonium perhiberet; tum propter alias causas: primo ut significaret ecclesiam que virgo est et sponsa; secundo ut per Ioseph genealogia Marie computaretur. Non enim consuevit apud hebreos ex parte mulierum genealogia computari; tertio ut Christus sua nativitate approbaret; quarto ut maior perfectio matris appareret dum in matrimonio virgo permansit. Ad 6 q. dicendum quod duplex est perfectio matrimonii. Una quantum ad esse ipsius, que fit per consensum in verbis de presenti expressum. Et tali perfectione matrimonium illud perfectum fuit. Alia est perfectio quantum ad operationem, et sic non fuit perfectum quantum ad actum coniugatis, proprius matrimonii est carnalis copula, quamvis consummata fuit, quia mater Christi post partum, ante partum, in partu intemerata virgo permanet.

Post hoc de bonis coniugii etc.

Hic queritur primo utrum matrimonium debeat habere aliqua bona quibus excusetur. Et videtur quod non. Illud enim quod de se est honestum non indiget aliqua excusatione. Sed secundum philosophum 4 ethicorum amicitia que est inter virum et uxorem claudit in se honestum. Ergo etc. Preterea matrimonium institutum est in remedium et officium. Sed secundum quod est in officium non indiget excusatione, quia sic indiguisset in paradiso, quod falsum est, quia secundum augustinum nuptie fuissent ibi honorabiles et thorus immaculatus. Nec secundum quod est in remedium, quia alia sacramenta non indigent excusatione. Ergo etc. Contrarium dicitur in littera. Iuxta hoc queritur utrum sufficienter in littera bona matrimonii a peccato excusantia assignentur. Item quid sit principalius inter ista. Item utrum actus matrimonii per predicta bona possit excusari. Item utrum vitatio fornicationis excuset actum matrimonii a peccato. Item utrum excusetur si fiat propter sanitatem. Item utrum quicumque accedit ad uxorem suam congressu, non intendens aliquod bonum matrimonii, sed solum delectationem, peccet mortaliter.

Respondeo dicendum ad 1 q. quod nullus sapiens debet iacturam aliquam sustinere nisi pro recompensatione alicuius equalis boni vel maioris. Unde cum in coniunctione viri et mulieris iactura accidat, tum quia non potest intelligere in ipsa, ut dicit philosophus, tum quia patitur tribulationem carnis et sollicitudinem temporalium, ut dicitur 1 ad Cor. 7, ideo coniunctio talis non est ordinata nisi propter recompensationem aliquorum ex quibus honestatur. Et hec sunt bona que matrimonium excusant et honestum reddunt. Ad 1 ergo dicendum quod bona que matrimonium honestant sunt de ratione matrimonii, et ideo non indiget eis scilicet quasi extrinsecis in ipso honestate que ei secundum se competit. Ad 2 dicendum quod matrimonium ex hoc ipso quod est in officium vel in remedium habet rationem utilis et honesti. Sed utrumque ei competit ex hoc quod huiusmodi bona habeat, quibus et officium et remedium congruit adhibenda. Ad 2 q. dicendum quod matrimonium est in officium nature et est sacramentum ecclesie. In quantum autem est in officium nature duobus ordinatur, sicut et quilibet alius virtutis actus, quorum unus exigitur ex parte ipsius agentis, scilicet intentio finis, et sic bonum matrimonii ponitur proles. Aliud est ex parte actus, qui ut sit bonus exigitur ut cadat super debitam materiam, et sic est fides, per quam homo accedit ad suam et non ad aliam. Sumitur autem fides hic non prout est virtus theologica, sed prout est pars iustitie, id est fidelitas. In quantum autem est sacramentum habet aliud bonum quod nomine sacramenti significatur. Est enim aliud matrimonium esse et aliud sacramentum esse, quia non solum est in significationem sacre rei sed et in officium nature. Unde ratio sacramenti est quoddam conditum matrimonii secundum se considerati ipsum honestans. Secundum autem magistrum in littera sacramentum non dicitur ipsum matrimonium sed eius inseparabilitas, que est rei signum cuius est sacramentum. Ad 3 q. dicendum quod secundum dignitatem sacramentum est potius et principalius, in quantum competit ei gratiam conferre. Alia autem sunt in officium nature, et gratia est dignior natura. Si autem accipiatur principalius pro essentialiori, ad hoc sacramentum secundum modum magistri accipitur in littera, scilicet quantum ad inseparabilitatem, est principalius, quia pertinet ad esse eius. Alia autem si accipiuntur prout sunt in suis principiis. Si vero in suis causis, sic precedit intentio et sequitur sacramentum per obligationem mutuam, de inde sequitur debitum in quo fides consistit. Ad 4 q. dicendum quod actus matrimonii excusari potest per hoc quod dicitur quia ei ratio culpe subtrahitur, unde in ... meretur. Carnalis enim copula post quandam turpitudinem et ad genus culpe pertinere videtur, in quantum ex peccato originis procedit et propter quandam inobedientiam virium inferiorum ad rationem. Unde nisi huiusmodi difformitas per aliquod bonum recompensaretur, carnalis copula absque culpa esse non posset. Recompensatur autem per huiusmodi bona. Nam proles facit intentionem rectam, fides actionem iustam, sacramentum vero decentiam. Unde per hec bona actus matrimonii a peccato excusatur et honestatur. Ad 5 q. dicendum quod si aliquis per actum matrimonii intendat vitare fornicationem coniugis, non est aliquod peccatum, quia est quedam redditio debiti quod ad bonum fidei pertinet. Sed si intendat vitare fornicationem in seipso, sic est ibi aliqua superfluitas et secundum hoc est peccatum veniale. Ad 6 q. dicendum quod quamvis intendere conservationem sanitatis non sit in se malum, tamen hec intentio sit mala, sicut si ex aliquo sanitas intendatur quod non est de se ad hoc ordinatum, sicut qui ex sacramento baptismi salutem corporalem quereret. Et similiter est in proposito in actu matrimonii. Ad 7 q. dicendum quod quidam dicunt quod delectationem querere in nullo actu est peccatum mortale, sed delectationem oblatam recipere sit peccatum veniale. Sed causa ordinatur ex preferentibus. Sed hoc esse non potest, quia secundum philosophum 4 ethicorum idem est iudicium de delectatione et opere. Unde cum actus matrimonialis non semper sit per se malus, nec querere delectationem in eo erit semper peccatum mortale. Et ideo dicendum quod si delectatio queratur ultra honestatem matrimonii, ut scilicet aliquis in coniuge non attendat quod coniunx sit, sed solum quod mulier est, paratus facere cum ea idem si non esset sua coniux, est peccatum mortale. Si autem queratur delectatio infra limites matrimonii, scilicet ut talis non quereret in alia quam in coniuge, sic est peccatum veniale.

Deinde queritur primo utrum alter coniugum teneatur semper alteri postulanti ad redditionem debiti. Et videtur quod non. Nullus enim tenetur ad hoc quod propter saluti corporali vel spirituali preiudicat. Sed reddere debitum quandoque est nocivum saluti corporis vel ratione infirmitatis vel ratione prolongationis iam facte. Ergo etc. Preterea redditio debiti non debet bono plus preiudicare vel contrariari ad quod principaliter ordinatur. Sed redditio quandoque cedit in malum prolis, ut patet in coniunctione leprosorum, ex quibus leprosi generantur. Ergo etc. Contra: quicumque non reddit alteri quod debet est iniustus alicuius rei detentor. Hoc autem est contra preceptum. Ergo etc. Iuxta hoc queritur utrum uxori non petenti teneatur reddere debitum. Item utrum vir et mulier sint equales in actu matrimonii. Item utrum alter coniugum possit emittere votum altero invito ut non reddat debitum. Item utrum possit vovere ne debitum petat altero invito. Item utrum temporibus sacris possit petere debitum. Item utrum aliquod tempus impediat celebrationem nuptialem.

Respondeo dicendum ad 1 q. quod sicut virtus generativa ordinatur ad conservationem speciei, ita nutritiva ad conservationem individui. Unde sicut generativa nutritivam presupponit, eo quod superfluum nutritive consumitur generative, ita debitum quo aliquis debet uxori, ordinatum ad conservationem speciei, presupponit debitum sui esse ordinatum ad conservationem individui. Unde vir non tenetur coniugi debitum reddere salva incolumitate proprie persone. Reddere enim debitum est actus iustitie, que sub precepto cadit, ubi ergo propter redditionem imminet periculum persone sibi, non tenetur. Ad 1 patet solutio, quia enim est nocivum corpori propter impotentiam excusatur. Sed notandum quod si hoc sit ex matrimonio vel ex aliqua causa licita, vir non tenetur reddere nec mulier potest petere, alias se magis exhiberet meretricem quam uxorem. Sed si ex causa illicita, tenetur vir operam dare ut mulier contineat, alias videtur quod eius fornicatio redundet in virum. Ad 3 dicendum quod lepra solvit sponsalia sed non matrimonium. Unde uxor viro leproso tenetur reddere debitum, sed non tenetur ei cohabitare, quia non ita cito inficitur ex coitu sicut ex frequenti cohabitatione. Et quamvis proles generetur infirma, tamen melius est ei sic esse quam penitus non esse. Ad 2 q. dicendum quod si uxor non petit expresse, non tenetur vir reddere debitum, tamen melius sit

abstinentiae. Si autem expresse vel nutibus vel quocumque modo petit, tenetur. Est enim ut medicina ad curandum eius libidinem constitutum. Ad tertium dicendum quod vir et mulier non sunt aequales in coniugio, neque quantum ad actum coniugalem, in quo id quod est nobilius viro debetur, neque quantum ad dispensationem domus, in qua vir regit et uxor regitur. Sed quantum ad aequalitatem proportionis sunt aequales in utroque, quia sicut tenetur vir uxori in actu coniugali et dispensatione domus ad id quod viri est, ita uxor viro ad id quod uxoris est. Est enim attendendum quod quia vir maiorem potestatem habet in actu matrimonii, ideo ipse non erubescit petere sicut mulier; unde uxor non tenetur sic reddere viro non petenti sicut vir uxori. Ad quartum dicendum quod votum est eorum quae possunt dari. Illa ergo quae dari non possunt voveri non debent. Quod autem alterius est obligatum dari non potest absque eius assensu; unde cum uterque sit obligatus, uxor ad reddendum debitum et econverso, non potest unus absque consensu alterius votum continentiae emittere, vel quodcumque aliud impedimentum huic debito. Sed quia per votum continentiae non ita totaliter impeditur redditio debiti, quia mulier potest sequi virum, ideo licitum est viro et uxore prohibente accipere crucem in subsidium terrae sanctae. Secus autem est de uxore respectu viri, tum quia uxor magis tenetur sequi virum quam econverso, eo quod debet regi ab eo, tum quia cum maiori periculo castitatis mulier peregrinando discurreret quam vir, et cum minori utilitate ecclesiae. Et ideo uxor non potest huiusmodi votum facere sine viri consensu. Ad quintum dicendum quod secundum quosdam alter coniugum potest vovere alio invito ne debitum petat, quia quilibet iuri suo potest resignare. Sed quia ius petendi remanet super alium, et sic fieret matrimonium onerosum, dicunt alii quod non potest. Sed tamen dicunt competentes. Dicunt enim quod mulier propter verecundiam potest, sed vir non, quia non adeo verecundatur; sed tamen cum esset verecundus vir, mulier non posset. Unde alii dicunt quod neuter potest absque consensu alterius. Ad sextum dicendum quod quamvis actus matrimonialis culpa careat, quia tamen rationem deprimit propter delectationem carnalem, reddit hominem inhabilem ad spiritualia. Et ideo in diebus in quibus proprie spiritualibus est vacandum non licet petere debitum. Est tamen reddendum petenti propter obligationem

debiti. Petens tamen non peccat mortaliter, quia petere in die festivo non est circumstantia trahens in aliam speciem. Ad septimum dicendum quod in celebratione nuptiarum interest concentus magis et carnalia [illegible], et quaedam signa dissolutae laetitiae solent ostendi. Et ideo statutum est ut in tribus temporibus nuptiae non celebrentur, in quibus debet homo se ad spiritualia praeparare. Primum est ab adventu usque ad epiphaniam. Secundum est a septuagesima usque ad octavam paschae. Tertium est tribus diebus ante ascensionem usque ad octavas pentecostes exclusive. His enim temporibus secundum antiquos canones communicabant fideles. Quia tamen tempus non est de essentia matrimonii, si in tempore indebito contrahatur, non omnino matrimonium verum est, nec separatur matrimonium simpliciter, sed ad tempus, ut poenitentiam agant de hoc quod ecclesiae statutum sunt transgressi.

Veritur hic de antiquis temporibus et cetera.

Hic quaeritur primo utrum habere plures uxores sit contra legem naturae, et videtur quod non. Matrimonium ad legem naturae pertinet secundum quod est in officium naturae. Sed habere plures uxores non repugnat naturae, cum vir unus plures mulieres fecundare possit. Ergo non est contra legem naturae. Praeterea consuetudo iuri naturali non praeiudicat. Sed habere plures uxores non erat peccatum quando mos erat, ut habetur ab Augustino in litera. Ergo et cetera. In contrarium est, quia contra legem naturae est quod aliquis rem unius alteri tradat. Sed in matrimonio unius cum una potestatem sui corporis iste illi tradit. Ergo et cetera. Iuxta hoc quaeritur utrum habere plures uxores fuerit aliquando licitum. Item utrum habere concubinam sit contra legem naturae. Item utrum aliquando fuerit licitum habere concubinam. Item utrum inseparabilitas uxoris sit de lege naturae. Item utrum permissio repudii excusabat a culpa. Item utrum repudiatae uxori licebat alium virum ducere. Responsio. Ad primam quaestionem dicendum quod ius naturale dicitur instinctus cuiuslibet naturae dirigens ad actum faciendum et consequendum finem intentum. Ius ergo naturale dicitur vel ab instinctu generali, et sic ius naturale est quod natura omnia animalia docuit, et sic contra ius vel legem naturae dicitur aliquid quod repugnat naturae hominis inquantum est animal, sicut vitium sodomiticum est contra naturam, per quod generatio prolis impeditur a natura omnium animalium intenta. Et sic non est contra legem naturae quod vir unus habeat plures uxores,

quia unus potest plures fecundare. Cum autem sit contra legem naturae quod una habeat plures viros. Ipsa enim peccato plus et si per hoc non totaliter tollatur, quia quandoque potest post impregnationem primam iterum mulier impregnari, ut dicitur 4 de animalibus, multum tamen impeditur, quia vix potest fieri quin corruptio fiat vel quantum ad utrumque fetum vel quantum ad alterum. Ex hoc etiam sequeretur incertitudo prolis respectu patris, cuius cura necessaria est in prolis educatione. Item dicitur ius naturale instinctus specialis, scilicet rationalis, et sic ius naturale est quod ratione dictatum est. Et sic dicitur esse aliquid contra ius vel legem naturae quod eidem rationi repugnat. Repugnat autem aliquid rationi dupliciter: uno modo sicut id cum quo nullo modo stare potest bonum rationis, sicut furtum, homicidium et huiusmodi. Sic iterum habere plures uxores non est contra legem naturae, sicut patet in antiquis patribus. Et his duobus modis intelligitur quod dicit Augustinus de antiquis patribus, quod non faciebant contra naturam habendo plures uxores. Alio modo sicut id cum quo stare potest bonum ad quod ratio intendit, sed tamen cum difficultate vel incommoditate, et sic habere plures uxores est contra legem naturae. Intendit enim ratio naturalis in homine non solum prolis procreationem, quae est finis principalis, sed communicationem in vita, quae est secundarius, quae non de facili potest esse pacifica si unus habet plures uxores. Item tertio modo dicitur ius naturale secundum id quod continetur in lege vel evangelio. Et sic habere plures uxores est peccatum contra ius naturale et peccatum mortale, quia permittitur in lege et prohibetur in evangelio. Ad primum patet solutio ex dictis. Ad secundum dicendum quod non praeiudicant quantum ad prima principia ipsius, quae sunt omnibus communes conceptiones in speculativis. Sed ea quae ex ipsis trahuntur quasi conclusiones consuetudo auget et minuit secundum Tullium 2 rhetoricae, et tale est praeceptum naturae de unitate uxoris. Ad secundam quaestionem dicendum quod aliquid habet rationem inconvenientis quia penitus exit naturae genus vel totaliter bonum rationis excludens, et hoc nunquam potuit esse licitum. Aliquid autem sicut difficultatem faciens in optinendo bonum rationis, et huiusmodi est habere plures uxores, ut dictum est. Et hoc per dispensationem superioris potest esse licitum fieri. Dispensatio autem duo requirit, scilicet auctoritatem ex parte dispensantis et causam ex parte rei quae dispensatur. Auctoritatem autem super naturam nullus homo habet nisi auctor naturae vel spiritus sanctus; solus potuit in proposito dispensare. Causa vero

dispensationis generalis fuit multiplicatio cultus dei in fidelibus. Specialis autem continuatio lineae generationis Christi in principibus et regibus. Unde per divinam dispensationem multis patrum inspiratam et eorum exemplo ad alios derivatam licuit plures uxores habere tempore quo genus humanum et cultus divinus maxime multiplicatione indigebat. Ad tertiam quaestionem dicendum quod in actu generationis ratio naturalis intendit prolis procreationem et eius educationem usque ad statum perfectum secundum perfectionem naturalem, quia non tantum a parentibus secundum philosophum habemus naturam, sed et educationem et disciplinam. Concubitus autem fornicarius opponitur primo fini, quia fit cum delectatione non generationis, et si aliquis in tali concubitu prolem arcet. Non debet tamen esse conveniens ad bonum prolis. Unde secundo opponitur, quia excludit a parentibus debitam curam prolis educandae, quae requirit diuturnam parentum commansionem, quod non est in proposito. Unde est contra ius naturae et est peccatum mortale, quia violat foedus et ordinem pertinentem ad prolem quantum ad primum. Ad quartam quaestionem dicendum quod Rabi Moyses dicit quod habere concubinam aliquando licitum fuit per Iudam, qui cum Thamar concubuit. Sed ista ratio non cogit, quia non est necesse Iacob filios a peccato mortali excusare, cum accusati fuerint apud patrem crimine pessimo et in Ioseph necem et venditionem consenserunt. Et ideo secundum alios habere concubinam, cum sit contra legem naturae, nullo tempore licitum fuit nec est dispensabile, quia concubitus cum ea quae non est matrimonio iuncta non est conveniens ad bonum prolis. Sed quia sancti patres qui excusantur huiusmodi fecisse dicuntur, oportet eas fuisse matrimonio iunctas et tamen concubinas dici, quia aliquid habebant de ratione uxoris et aliquid de ratione concubinae. Fuerunt enim uxores quantum ad principalem finem, unitae insolubiliter, scilicet ad prolis generationem; unde in hoc non dispensabatur nisi de pluralitate uxorum. Sed fuerunt concubinae quantum ad secundum finem, qui est dispensatio familiae. Ad quartam quaestionem dicendum quod modo et intentio naturae in suis principiis proprie considerabitur. Inseparabilitas autem matrimonii in principio institutionis huius demonstrata est Gen. 2: Et adhaerebit homo uxori suae et cetera. Unde ipsa est de lege naturae. Et ideo repudium uxoris est contra legem naturae. Sed sicut contra bonum rationis est aliquid quod totaliter bonum rationis excludit, et hoc indispensabile est; aliud autem est quod bonum rationis impedit, etsi non totaliter tollat, et est dispensabile a legislatore. Ita est aliquid contra naturam quod totaliter tollens bonum quod natura intendit, sicut concubitus [illegible].

q h dispensatione no recip. q sic non e repudiu
uxoris. q h posito filii sustentu prit licz no ita
gent. vn h dispensatoz tape potuit. Repudiu
g uxore e conveniet liber fri. s. dimissione ux
oris. q h cont i pmissioe timore maioris mali.
Ite solepnitate fri. s. datione libelli i scribento
os cas dimissionis. q h erat i precepto. Ad 6. q.
dd. q quida dicebat q pmissio repudii excu
sabat a pena p lege inferenda no a culpa. Alii
aut dnt probabilius q q auctoritate divina h pmissio
fca fuit io sic illa de plalitate uxoru excusabat
a culpa sic ista. Ne aut pmissiois fuit vitatio
uxoricidii ad q proni erant pp corruptoz iustit.
Sic feneminis ex ner fuit eis licitu i pmissu
pp corruptoez concupiscibilis q sic fitiu celotipie
pp corruptoez rationalis ex levi suspicioe. Ad
7. q. dd. q sic licebat ex dispesatioe divina vi
ro uxore repudiare. ita uxori aliu viru ducere.
q inseparabilitas mrionii ex ca divine dispen
satiois tollebat. Sz nqd licebat viro a se
repudiata recipe. quida dnt q licuit uxore
repudiata viro recipere n mrio alii viro
iuncta esset. Sz q lex illis phibet q pp hoc q an
q alti nubet n potat revoca ex quo repu
diata erat.

Circa q pmo vm ut virginitas osistat i virgita
te carnis. Et vr q no. Carnis n integritas
vr osiste in sigillo virginal pudoris. Sz qnq
absq virginitatis pudic frangit illud signacl.
fm aug. 9. de doc. xa. g. ac. P. corruptio ca
nis marie in seminis resolone osistit. q pt fieri
sine ocubitu l in dormiendo l vigilando. Sz sin
ocubitu no vr pdi virginitas g. ac. Con. aug
i li o de virgin virginitas ontinentia e q integritas
carnis ipi creatori carnis q aie vovet. oservat
q osnat. Iuxta hoc q vt virginitas sit vt. It vt
sit excellentior mrioio. It vt sit maxia vtutu.
Rn. dd. ad 1. q. q nom virginitatis a viroe sump
tu vr. q sicut virgo dr virens in suo viroe psiste
